

cendum supereft maximē cum hu-
jus quætionis decisionem in matri-
monii libertatis favorem scripta in-
veniam in *L.* cum tale §. Si arbitra-
tu *L.* filiæ 28. ff. de cond. & demonstr.
L. turpiæ §. 1. de legatis 1. & illam
communiter ab omnibus receptam
fuifle videam ut per Doctores, quos
refert primus Dominus, & Actoris
patronus, ultra quos idem tenet Ho-
dierna ad decisiones *Surd.* decis. 228.
n. 4. & 6. Francisco de Sanfelicio de-
cis. 289. n. 1. & interminis tetmua-
tibus *Nigro* 3. tom. controv. 451. n.
88. & fere per totam. Quod conso-
num est iuri Canonico juxta quod
matrimonii libertas metu pœnae coe-
ceri non debet cap. cum locum cap.
requisisti cap. Gemma de sponsali-
bus. Sivero clausula diceret, quod
non nuberet absque parentis consil-
lio, tunc contrarium dicendum fo-
ret, cum libertas matrimonii non im-
pediretur, ex eo quia licet filius
consilium requirere teneretur, non
tenebatur illud sequi ex *Craveta*
conf. 1. *Molina* de primog. lib. 2. cap.
12. n. 36. *Cancer*. var. lib. 3. cap. 7.
n. 288. *Sanch.* de matrimonio lib. 1.
disp. 34. n. 24. *Augustinus Barb.* in
collectan. cap. cum in veteri 52. n. 4.
de electione *Larrea* allegationum fis-
calium 2. p. allegat. 67. n. 7. & 8. Sed
sumus extra hunc calum & expressé
concensus, & licentia parentis de-
sideratur, in quibus terminis (si ma-
trimonii libertas non obstat) non
tamen erat petendus, sed sequendus
cap. 1. §. concensus 29. quæst. 1. *Lar-
rea* ubi supra n. 20. *Gonsal.* super
regl. 8. *Cancer*. gloss. 47. n. 8.

Supposita hujus quætionis reso-
lutione, alterius secundæ quæstio-
nis resolutio non desideratur, sed
quia aliqui Doctores ut *Pelaes*, *Flo-*
res, & alii, quos referunt *Fontanel.*
& *Castilh.* locis citatis à primo Do-
mino nostram supra positam resolu-

tionem non amplectuntur, & con-
trariam tamquam Reipublicis magis
convenientem tenent, ideo de secun-
da quætione agendum erit, ut nul-
lus scrupulus remanere possit. Et
dico pœnam privationis maioratus
non extendi ad filios nubentis abs-
que licentia, & consensu, ex eo quia
pœna suos habere debet authores *L.*
Sancimus Cod. de pœnis *L.* absentem ff.
eadem *Guasin.* de defensa reorum p. 2.
defens. 35. cap. 2. per totam, nec filius
patre pro puniendus ex toto titulo
Cod. ne filius pro patre; & in his ter-
minis quando pater, & filius sunt
dispositive vocati ordine successivo
patri factum, & delictum non no-
cet, ut multis citatis Doctotibus a-
firmat *Fusar.* de subſit. quæst. 575.
n. 1. *Pelaes* de maioratu quæst. 4. il-
latione 8. n. 22. in fine *Gabriel Pe-*
reira decis. 8. n. 9. *Peregrin.* de fidei-
comiss. articulo 18. n. 31. aliás enim
in potestate parentis esset, delin-
quendo filium à maioratu exclude-
re, quem ab eo non capit contra re-
gulam *L.* si ita quis §. 1. ff. de leg. 2.
L. fideicomissum ff. de conditionibus,
& demonstr. *Magn.* decis. 91. n. 33.
quanvis igitur validé tuillet apposi-
ta clausula, de qua loquimur, & ju-
ris Civilii, & Canonici regulis non
obstat, tamen Actor ex eo quia
ejus parens Dominus Ferdinandus
uxorem duxit absque parentis con-
censu non est maioratu privandus,
& neque ejusdem Actoris parens
privari debebat, quia ut dictum est
hujusmodi clausula erat rejicienda,
& maioratus domino Ferdinando
spectabat, & si absque parentis con-
censu matrimonium contraheret.

Secunda clausula consistit in illis 102
verbis ibi, e sendo o cazamento de
que notoriamente a linhagem do que
se caza receba deshonra, e detrimen-
to posto que o pay, ou māy lhe naō
queirão tirar a administração pelo
mesmo

mesmo feito fique della rejeito, e pafse o morgado ao seguinte em grao, &c. Cujus clausulae virtute intensidunt Rei Actorem excludere, ex ea quia ex matrimonio à parente cum matre contracto notorium Castrorum familie illustrissimae dedecus resultavit, cum Eduardi Brandao quarta neptis extitisset, qui neophitus, & hebreæ nationis erat, & sic ut de hujus clausulae materia agere valeamus probationes, quæ contra Eduardum offeruntur considerandæ sunt, quæ ad quatuor probationum species reducuntur.

Prima probationis species consistit in testibus. Secunda in communi existimatione. Tertia in dispensationibus ab illius descendantibus ostentis ad habitus militarium ordinum suscipiendos. Quarta in privilegio à Rege concessa ad Eduardum bona non publicanda. De qualibet probationis specie sigilatim agemus, & quo ad testes dicerem ex illis non esse, Eduardi maculam hebreæ nationis probatam, cum varié de hac re deponant, ut videtur ex testimoniis, qui omnes affirmare, aut credere non audent, & cum Rea teneatur probare prædictam Eduardi maculam ad hoc ut clausula de qua loquitur locum habere possit, & hoc sit principale suæ intentionis fundatum, quod matrimonium fuerit contractum à Domino Ferdinando cum uxore originem ex homine hebreæ nationis ducente, & sic contraventum institutorum maioratus dispositioni hoc probare, aliás succumbere debet Craveta conf. 1. n. 7. Corneus conf. 250. in fine volum. 1. Seraphin. decis. 889. n. 1. Nigro controv. 266. n. 3. & 289. n. 16. Deinde aliqui ex Rea testes contra producentem fol. 485. 489. & 491. affirmant ex matrimonio à Domino Ferdinando cum Domina Catherina

Pars III.

contracto nullum dedecus, aut ignominiae nota ejusdem Ferdinandi familie obvenisse, & sic clausulae institutionis maioratus non esse contraventum, & prædicti testes legitimam faciunt probationem, tam ex eo quia sunt omni exceptione maiores, quam ex eo quia à Rea produceti fuerunt ex his quæ Lara de Capel lib. 2. cap. 4. n. 63. Farin. de testibus quæst. 66. n. 237. & 1. tom. decisionum decis. 182. n. 7. & decis. 244. Mascard. de probat. conclus. 106. & 1236. n. 1. & 13.

Actoris vero testes omnes affirmant non esse clausula locum cum matrimonium à Ferdinando cum Domina Catharina contractum fuisse aequalē, & Ferdinandi parentem aliam tantummodo similem, aut eque bonam, non vero meliorem eligere potuisse ut constat ex testimoniosis fol. 264. cum sequentibus, & circa maculam prædicti Eduardi nihil ex testibus legitime probatur, immo ex instrumentis, regiis donationibus, aliisque antiquis documentis in publico regio archivo reconditis, constat, Eduardum prædictum à consiliis Regum donatarium Coronæ, Ulyssiponensem Decurionem, aliisque honorificis titulis ornatum fuisse à Regibus, ejusque filios, & filias cum illustrissimis Regi familiis per matrimonia fuisse conjunctos, quod credibile non erat, si ut ex Reæ parte refertur fuisse vilis, & insimile hebreæ nationis procreatus, nec Reges similis conditionis homini, quavis strenuissimo honores, & dignitates æquales conferre credendum est, nec Regem proceres suas familias inficionare voluisse præsumitur.

Nihil igitur ex testibus adversus Eduardum quintum Actoris avum probatum ex stit. recurramus ad secundam probationis speciem fama videlicet, & communis existimatio-

nis, licet enim fama tantummodo semplenē probet ex L. 3. §. ejusdem quoque ubi Bart. ff. de testibus Mascar. 1. tom. de probat. conclus. 11. n. 21. Scat. de judic. lib. 2. p. 11. n. 223. Escov. de purit. 1. p. quæst. 10. §. 1. n. 1. tamen in rebus antiquis (qualis est hæc circa maculam aut puritatem Eduardi, qui vixit tempore Regum Alphonsi quinti, Joannis secundi, Emmanuelis, ex his quæ Trentasinch. var. lib. 1. resolutione 1. de filiatione num. 13. Fusch. tom. 1. litera A. conclus. 341. n. 12. Mascar. de probat. tom. 1. conclus. 103. n. 1. & 2. Escov. ubi supra quæst. 2. §. 2. n. 15.) efficit plenam probationem ex text. in cap. cum causam de probat. L. si arbitrer 28. ff. eodem Tiraq. de primog. in præfatione n. 103. Kalasco de jure emphyt. quæst. 9. n. 25. Mascar. de probat. conclus. 396. Scat. de judic. lib. 2. p. 11. n. 223. Sed ad hoc ut fama plenam in hac materia efficiat probationem multa requisita invenisse desiderantur, quæ in hoc processu non invenio probata; necessarium est enim in prædicta fama non reperiri veritatem ut dicit Escov. de puritate 1. p. quæst. 9. §. 3. n. 4. & 1. p. quæst. 10. §. 4. n. 6. ubi multis Doctores refert & sequitur Farin. in decisionibus tom. 3. decis. 335. num 5. Sed constat famam hanc adversus Eduardum contrarietatem, & varietatem maximam habere, ut probatur ex testibus Actoris & ex multis Reæ fide dignis, nec amicis, nec inimicis Actoris, nec suæ familie Escov. ubi supra n. 7. igitur fama cum varietate & contrarietate legitimè non probat. Alia multa requisita ex professio, & do. Etissime tractat Escov. ubi supra quæst. 10. §. 4. per totum præcipue n. 23. cum sequentibus, quæ omnia concurrere necessario debent, ut fama in hac materia probationem le-

gitimam facere valeat, & hæc requi-
sita non invenio probata in processu,
ad hoc ut ex prædicta fama, et ho-
nore, & maioratum Actori auferre
audeam, immo considerata famæ di-
finitione de qua Bart. in L. de mi-
niore §. plurimum ff. de quæst. dicens
esse vocem alicujus rei in populo
ortam ex fide digna, & verosimili
causa ut refert, & tenet Escov. de
puritat. 1. p. quæst. 10. n. 2. necef-
sario dicere debemus famam hanc
contra Eduardum non esse famam,
sed potius varium rumorem, qui
attendi non debet ex L. miles 11. §.
mulier ff. ad L. Jul. de adulter. L.
Decurionum filii 12. ubi variae voces
populi non sunt audiendæ, nec enim
vocibus eorum credi oportet Cod. de
pænis, & ex hac ratione dicunt Do-
ctores non esse attendendam famam
ex varia voce populi probatam Ro-
land. cons. 16. lib. 4. Craveta cons.
366. n. 4. Bald. cons. 123. n. 4. p. 3.
& ideo dicit Cephal. quod ideo ru-
mor famam non inducit, quia varia
vox est, sicut somnium, quod sæ-
piissimè à vero deviat, vulgi enim
opinio, & vagus in certis sedibus ru-
mor fallò sibi nomen famæ vendicat,
sola enim fama est, quæ ex pluri-
bus causis originem trahit, & quæ 105.
verosimilibus nititur conjecturæ de
qua vera fama, non de populi rumo-
re intelligenda est resolutio, quæ
famam pro vera requirit probatione
Tiraq. de nobilitate cap. 37. n. 97.
Mascar. de probat. conclus. 749. per
totam maximè à n. 5. Menoch. ac
præsumpt. lib. 1. quæst. 1. à n. 39.
cum sequentibus per doctrinam Bart.
in dicta lege de minore §. 1. plurimum
n. 22. ff. de quætionibus, fama verò
adversus Eduardum non est orta ex
fide digna, & verosimili causa, ne-
que verosimilibus nititur conjectu-
ris, & ita ex eadem non inducitur
legitima probatio adversus Actorem,
ad.

ad hoc ut matrimonium ab ejusdem parente contractum cum Domina Catherina ignominiosum dici valeat.

- 106** Tertia tandem probationis species consistit in dispensationibus ab Actoris consanguineis obtentis ad militarium ordinum habitus suscipiendos, non obstantibus praedictæ hebræ nationis macula, ut patet fol 91. & sequentibus, ex quibus dispensationibus colligi videtur ipsosmet Actoris consanguineos maculam praedictam agnovisse, ad dispensationes à Summo Pontifice obtainendas. Sed praedicta non obstante consideratione contrariam existimarem, quia in dispensationibus Petri, & Arii da Silva macula non fatetur, sed tantum dicitur dubium esse an mater ipsius Petri ex genere novorum christianorum originem trahat, ut fol. 92. & in alia Arii da Silva dispensatione loquitur per verbum, (assertatur) quod etiam dubiam esse rem declarat, & in his terminis quando aliquis errore, aut ignorantia ductus adversus tuam familiam aliquid dicit, si tamen postea constet de contraria varietate est admittendus ad probandum contrarium *Lara de Cappellan. lib. 2. cap. 4. n. 3. & sequentibus,* nec præjudicat assertio prius facta *Lara ubi supra n. 33.* veritas enim semper una est, & gestorum erroribus non immutatur *L. assumptio ff. ad municipal. L. cum facta ff. de juris, & facti ignorantia, veritati que semper est adhærendum Menochius conf. 112. n. 17. Fusch. litera U. conclus. 163. n. 165.*

- 107** Quis enim Aries, & Petrus ex fama, & rumore adversus Eduardum prolati in ipsius descendientia maculam illius nationis extitisse crederet, & ex hac causa dispensationes postularent, tamen cum nunc factis probationibus, & causa cognita, talam famam, aut rumorem sufficien-

Pars III.

tem ad maculam inducendam non existimem necessario dicendum est, praedictas dispensationes illam maculam non probare. Deinde ex actis non probatur ipsum Petrum, & Arrium dispensationes postulasse, imo industria cujusdam inimici, & ejusdem familiæ contrarii, id factum fuisse dicitur, & probari desideratur, tam ex testibus, quam ex epistolis, & tandem illorum confessio (licet factam fuisse concedamus) Actori, & ejus matris nocere non debet, ex his, quæ ex professo, & eleganter *Eccov. de puritat. 2. p. quæst. 6. §. 4. n. 9. & sequentibus.*

Et sic responderi potest ad dispensationem Ferdinandi de Lima, quia quanvis in eadem expresse fateatur Eduardum fuisse hebraum, tamen neque constat Ferdinandum supplicationem ad dispensationem consequendam fecisse, neque, (si faceret) Actori ex illius Ferdinandi confessione prejudicium resultare potest ex supra dictis; & etiam constat Ferdinandum tempore obtentæ dispensationis minorem 25. annis extitisse sub cujusdam famuli administratione, insciūm que talis rei fuisse, si sciret enim non est credendum quod concensum præberet, quia illius pater ablique ulla dispensatione habitum, & præceptoriam ordinis Domini nostri Iesu Christi obtinuit, & sic ejus filius illia non indigebat *Earinac. in recentioribus 3. tom. decis. 335. n. 2. & 4. & post liberum secundum consiliorum criminalium decis. 315. n. 5. & 8. Eccov. de puritat. 1. p. quæst. 17. §. 2. n. 8.*

Accedit in Actoris favorem, **109** quod ipsius matris fratres utrinque conjuncti Ludovicus, & Martinus absque dispensationibus propter hujus maculæ notam habentes ordinis Domini nostri JESUS Christi susceperunt, ut dicunt testes

fol. 280. 290. versic. & alii ejusdem matris consanguinei ex eodem Eduardо descendentes. Neque dispensatio Martino concessa, & à Rea oblatā circa hujusmodi maculam obtenta videtur, sed circa defectum servitii, qui in Africa fieri solet, & debet ad præceptoriam illius ordinis obtainendam, ut videtur colligi ex Provisione fol. 163. & quanvis super sanguinis probationibus Domini Petri de Castelbranco ordinum tribunal à Rege reprehenderetur ut constat, & affirmat Marcus Rodrigues Tinoco illius Tribunalis Secretarius tamen data illa contrarietate, & factis exactissimis probationibus contra illius sanguinis puritatem, nihil fuit legitimē probatum, & absque ulla dispensatione habitum, & commendam obtainuit ut fol. 168. & ita affirms illius Tribunalis illustrissimus Præses Carolus fol. 321. & secretarius fol. 516. verso, & ita hac supposita, & probata veritate, secundum Doctorum resolutionem, de qua *Lara de appellat.* lib. 2. cap. 4. n. 18. *Rivio collectaneo* 733. p. 4. *Sessione decis.* 3. *Tiraq. de nobilit.* cap. 37. n. 13. pag. 522. sententia puritatis, & habilitationis unius fratrii aliis fratribus prodest, & sic cum Martinus, & Ludovicus matris Actores fratres absque dispensationibus ob natalium defectum ad ordinum militarium habitus, & præceptorias promoverentur, bene sequitur ad puritatem matris Actoris prodest, hanc fratum admissionem, saltem ad magnam suæ puritatis præsumptionem. Hæc quoad tertiam probationis speciem, reliqua petenda sunt ab eximii; & doctissimi Domini primi deliberatione.

Quarta denique probationis species deducitur ex privilegio Eduardo à Rege concesso, ne bona sua publicare possint, ut fol. 754. versic.

ex quo illum esse hebræi nationis probari affirmant, sed ultra responſionem à primo Domino adductam dicerem, secundum juris regulas, & juris Canonici principia Regem, aut Principem secularem leges, statuta, aut particularia privilegia concedere non posse super rebus merē ecclesiasticis cap. *Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit.* ubi communiter Doctores *Valboa* in cap. *quoad clericis* 9. n. 3. & in cap. *licet.* ex *suscæpto* 10. n. 12. de *foro comp.* *Mart.* de *jurisdictione* p. 2. cap. 9. *Cov.* in cap. *quanvis* 1. p. §. 5. n. 6. *Anguiano de legibus lib.* 2. *controv.* n. 13. & cum hæresis crimen sit merē ecclesiasticum, ut per *text.* in cap. *inquisitionis* §. *probibemus de hæreticis* lib. 6. *Ansald.* de *jurisdictione* p. 2. tit. 2. cap. *unico* n. 1. *Barbos.* in *L.* *Titia* 35. n. 37. ff. *soluto*, Rex ex jurisdictionis defectu non potest circa hoc crimen leges aut statuta condere, privilegia que concedere, quod confirmatur ex eo quia confiscationis pœna hæreticis imposta existit à jure Canonico cap. *excamiis* o 1. §. *damnati* cap. *vergentis de hæreticis* cap. *cum* *sui eodem tit.* lib. 6. *Directorium* 3. p. *quæst.* 109. *comentario* 158. versic. nunquid à jure Canonico, quam pœnam particulari privilegio Rex, aut Princeps secularis tollere nequit, ut per Directorium ubi supra, & versiculo postremo illud adjungam, & versic. caveant *Farinat.* de *hæresi* *quæst.* 190. §. 12. n. 173. & sequentibus *Frater Antonius de Sousa in aphorism.* lib. 3. cap. 20. n. 9. & 10. & ex hac ratione Rex Sebastianus ante infelice Africæ bellum hominibus hebræe nationis privilegium concessit, ad hoc ut bona sua decenio non publicarentur, sed quia defectum potestatis, & jurisdictionis agnovit Summi Pontificis in dulto hoc confirmavit privilegium, quod pos- tea

tea Sanctus Rex Henricus revocavit, & à Summo Pontifice revocari fecit, restitutis pecuniis à Rege Sebastiano pro prædicto privilegio receptis, ut refertur in quadam ejusdem Regis Henrici Provisione facta 19. Decembris anni 1579. quæ in libris hujus Senatus domus Supplicationis existit: quomodo igitur Rex privilegium Eduardo concederet ad hoc ut bona propter hæresis crimen non publicarentur, si in Rege non existit potestas super hac materia, & pœna criminis meré ecclesiastici: Dicendum ergo necessario est tale privilegium operari tantummodo super delicta, & crima secularia, quæ in multis nostræ ordinationis titulis, & paragrafis confiscationis pœna imponitur, non verò locum habere in pœna, & crimine hæresis, ex supra dictis, & sic ex illo privilegio maculam hebreæ nationis in Eduardo existere non probatur.

Ad alias prohibitionum species recurrit Rea, sed quia minus principales sunt non indigent respondentie, & primus doctissimus Dominus adeo latissima manu cuncta rimavit, ut sequentibus locis non sit ulterius progrediendo.

111 Probationes, in quibus Actor puritatem quinti Avi Eduardi ostendere intendit, sunt documenta in archivio publico nostri Regni recondita, ex quibus constat prædictum Eduardum esse equitem valde honoratum, ut illum vocat *Damianus de Gois* fol. 373. versic. qui eodem tempore vixit, ut deponit testis omni exceptione maior fol. 303. magnos que honores adeptum fuisse tam in Anglia quam in hoc Regno ut affirmat idem Damianus dicto fol. 373. quia fuit eques ordinis Garroteæ, & à conciliis illius Regis, & nostri Lusitanæ, à quo honore maximo fuit habitus, ut cer-

nitur ex denatione fol. 359. & sequentibus, & ex aliis documentis fol. 252. cum sequentibus, & ex certitudinibus ex libris in archivio publico reconditis extratis probatio sufficiens in hac materia inducitur, ex his quæ *Tusch. tom. 5. litera L. conclus. 346. Maschard. de probat concl. 316. n. 7. & 398. n. 4. Menoch. lib. 13. Conf. 1261. n. 2.* & sequentibus, filiusque ejusdem Eduardi Joannis Brandaō hujus inclitæ Civitatis Decurionis officium obtinuit, ut fol. 382. quod proceribus Regni illustribus concedebatur, & insimul fuit Provisor Cappellarum Regis Alphonsi quarti, & tam ille, quam allij fratres, & sorores cum illustribus Regni familiis matrimonia contraxerunt, ut dicunt testes, et non negant Reæ patronos, quod non fieret si Eduardus hebreus, & infimus fuisset.

Aliam probationem video dedu- 112
Etiam ex certitudinibus librorum genealogiæ, & familiarum Regni fol. 186. & sequentibus, & 444. & sequentibus, ex quibus Eduardum non esse hebreum, ex his fides adhibetur *Peregrin. de fideicomiss. articulo 43. n. 46. Castilho controv. lib. 5. cap. 123. n. 10. Escov. de puritate sanguinis p. 1. quest. 15. §. 3. n. 18. ad fin. Sicut etiam chronicorum, & historiarum libris fides in judicio adhibetur ex Menoch. conf. 816. n. 48. & 49. Scacia de judic. lib. 2. cap. 11. n. 265. Mascard. de probat. 1. tom. conclus. 1050. n. 11. & 391. n. 6. Tusch. litera A. conclus. 139. Genen. scriptura privata lib. 5. quest. 9. tit. de libris annalium, & quest. 6. tit. de libris chronicorum *Gama decis. 335. n. 7. Lara de Cappell. lib. 2. cap. n. 58.* & cum in libro historiæ vitæ nostri Regis Joannis secundi à Domino Augustino Emmanuel composito mihi fol. 313. ha- beatur*

beatur Eduardum non esse hebræum, sed ab omni macula immunem, & ipsius Eduardi mentionem faciat absque hujus maculæ nota, Eduardus Nunes de Leão in *Lusitaniae discript.* cap. 87. & *Menoch. Lusit.* 4. p. cap. 86. non audeo contrarium sine legitimis, et concludentibus probationibus afferere.

113 Facit etiam in Actoris favorem ejusdem secundæ clausulæ verbum ibi, *e fendo o caçamento de que notoriamente a linhagem do que se caça receba deshonra, e detimento, &c.* cum ad hoc, ut secundum juris regulas aliquid notorium dici valeat necessario requiratur notitia vel scientia illius rei ab omnibus, vel à pluribus illius loci, Civitatis, vel oppidi *Glosa secunda in cap. ad nostram de jurejur. prosequuntur Panormit.* ibi n. 5. ita ut maior pars illius loci possit esse testis ipsius rei. Doctores communiter ut per *Hered. de incompatibilitate beneficiorum* p. 1. cap. 13. n. 73. post alios *Farinat. in pract. criminali* p. 1. quæst. 21. n. 41. cum sequentibus *Mascard. de probat. conclus.* 1105. n. 4. per text. in cap. quæ *Lotharius ibi oculis omnium* 2. p. 1. cap. de manifesta ibi omnes enim cap. ult. eadem causa, & quæstione cap. cum delictis versic. dicitur de purgatione canonica et sic cum ignominosum matrimonium ab Actoris parente cum matre ipsius celebratum notorie non fuisset, ut colligi videtur ex utriusque inquisitionis testibus recte dicendum est, prædictæ clausulæ verba, quatenus notorietatem desiderant non officere Actori ut eleganter, & doctissimè prosequitur primus Dominus. Ultra quam quod ut dedecus, et ignominia notoriè ex dicto matrimonio resultans Actori nocere possit, debebat ipsa notorietas probari saltem per duos testes legales, et om-

ni exceptione maiores de prædictis notoris qualitatibus legitimè depo- nentes, ut per *Jul. Clar. in practic. crimin. §. ultimo quæst. 9. n. 6. Mascard. de probat. conclus.* 1109. à prin- cipio, *Farinat. dicta quæst. 21. n. 109. Fisch. litera N. conclus.* 109. et visis consideratis que Reæ testi- bus, hanc notorietatis probationem secundum clausulæ formam neces- sariam, non invenio, igitur ex hoc fundamento, etiam Actor victoriam reportare debet.

Aliud dubium hic exultari potest, 114 deducendum ex declaratione Domini Ferdinandi Actoris tritavi, qui fol. 136. versic. expresse declaravit ex prædicto matrimonio à patre Actoris cum Domina Catherina ejus ma- tre contracto, dedecus magnum suæ familiæ resultare secundum commu- nem hujus Regni opinionem ex eo quia prædicta Catherina ab Eduar- do dependebat, et cum prædictus Dominus Ferdinandus in dicta de- claratioue se institutorem maioratus nominet, videbatur dicendum, il- lum tanquam institutorem prædi- ctam conditionem apponere potui- se, cum certam sit, id licitum ins- titutoribus ex his quæ *Molin. de primogen. lib. 2. cap. 13. n. 28. Es- cov. de purit. p. 1. quæst. 4. §. 7. Ponce de matrimonio lib. 2. cap. 1. §. 3. n. 30. Otalora de nobilitate 2. p. tertiae principalis cap. 6. n. 26. Lara de Cappell. lib. 2. cap. 4. n. 2.* & 10.

Sed hoc non obstante fundamen- 115 to, declarationem nullum Actori præjudicium facere existimo, quia Dominus Ferdinandus maioratus ins- titutor non fuit, ut clarissimè appar- ret ex maioratus instrumento fol. 104. sed tantummodo concensum præbuit ad hoc ut in legitimis ejus- dem posset vinculum maioratus op- positi, ut constat fol. 108. versic. quod

quod necessario ad firmatatem maioratus facere tenebatur, ex his quæ Pereira decis. 48. n. 10. Phæb. decis. 212. n. 3. Surd. conf. 570. n. 6. & 7. lib. 4. Molin. de primog. lib. 2. cap. 3. n. 7. Grivel. decis. 61. n. 11. Merlino de legitima lib. 3. tit. 2. quæst. 10. n. 14. & sequentibus Niger. 1. tom. controversia 168. n. 6. & sequentibus, & 3. tom. controv. 534. n. 5. cum sequentibus, et sic cum non fuisset maioratus institutor non poterat ejusdem formam, aut dispositionem declarare, aut alterare Molin. de primogen. lib. 1. cap. 8. n. 22.

116 Restat nunc videre utrum nam ex transactione hujusmodi Actoris jus auferatur, ita ut neque ex læsionis, enormissimæ, neque ex restitutio-
nis beneficio, aliis quæ juris reme-
diis possit prædictam transactionem
rescindere, et annullare. Et quod
transactionis contructus in quo quis
læsus invenitur, habito respectu
ad dubium litis eventum rescindi
valeat, tenent communiter Docto-
res, ut per citatos à Dominis præ-
cedentibus ultra quos Niger. 1.
tom. controv. 128. n. 97. & 182.
n. 82. Pinel. 1. p. lib. 2. Cod. de ref-
cind. n. 12. cum sequentibus Fachin.
lib. 2. cap. 26. Gratian. forens. tom.
4. cap. 713. n. 82. & expresse deci-
dit nostra Ordinatio lib. 4. tit. 13.
§. 6. Et sic Actorem, considerato
etiam dubio litis eventu læsum enor-
missime existere nemo est, qui nesi-
ciat, cum ex testibus probetur, hujus
maioratus redditus importare quotan-
nis decem millia ducati ultra ho-
norificum domus illustrissimæ, &
jurisdictionis illius, quod pluris
æstimari debet, & compensatio mo-
dica duo millia, & quingenta duca-
torum, hanc læsionem resarcire non
potest.

117 Neque dici potest, Actori uti-

lius fuisse super hac re, & lite trans-
igere, etiam cum magna reddituum,
& bonorum diminutione, quin il-
lam prosequi, cum adeo probabili
honoris periculo, cui exponebatur,
dum causæ hujus decisionem judi-
cum arbitratio relinquebat, quia
prius honoris, & famæ, pro divi-
tiarum, & bonorum saceruli fortuna
desideranda est juxta illud prover-
bium, melius est bonum nomen,
quam divitiae multæ, & honoris, &
famæ bonum divitiarum bono præ-
fertur L. isti quidem ff. quod metus
causa L. reprehendenda Cod. de ins-
tituit; & substitut. cap. nolo 12.
quæst. 1. Surd. conf. 416. n. 57. Fa-
rinat. in praxi criminali p. 1. quæst.
15. n. 6. Valasq. de privilegiis paup.
p. 1. quæst. 4. §. 4. n. 177. ac proin-
de cum quali periculo, ac dubio
litis eventu propter honoris, & fa-
mæ conservationem utilem non vero
enormem, aut enormissimam trans-
actionem fuisse dicendum videtur,
et eam si pro adeo modica portio-
ne, magnos redditus, & jurisdictionem,
honorificum que domus illius
relinqueret, cum magis honoris pe-
riculum ostendi debeat juxta supra-
dicta.

Sed hac consideratione non obs-
tante, non utilem, neque justam,
sed enormissimam transactionem ju-
dico, magis enim periclitabatur ho-
nor, & fama Actoris in transactio-
nis observantia, quam periclitari
poterat in dubio litis eventu super
ejusdem rescissione, cum apud om-
nes notum sit, Actorem ex Domi-
no Ferdinando primogenito, & suc-
cessore illius domus, et maioratus
natum fuisse, eodemque tam jux-
ta institutionis formam, quam juxta
ordinationis nostræ dispositionem,
successionem illius spectare, aqua
si propria voluntate, et spontanea
transactione privatum, excludum

que

que viderent, absque ulla dubitatione magnum honoris detrimentum resultare, cum maculam, & natalium defectum fateri videretur ex silencio, & transactionis observantia. Et sic cum honor salvari nequeat, & dato dubio litis eventu consideratis maioratus redditibus, & aliis circumstantiis lesionem enormissimam in transactione intervenisse existimo, propter quam non obstantibus clausulis, & Regio confirmationis rescripto, juramenti que interpositione, Actor restituendus est, ut omnibus consideratis affirmant Domini precedentes, & quia latissime de omnibus clausulis ejusdem transactionis, et de juramento, quo stabaliebatur, regio confirmationis rescripto, et aliis renunciationibus actum est, amplius non immoror, quia transcribere non licet.

119 Quo ad falsitatis materiam, huic loco, ex sententia Senatus reservata, etiam cum primo doctissimo

120 Collega convenirem, ex eo quia licet de jure certum sit falsitatem in actis committentem causam amittere, tamen non video concludentem, et legitimam probationem, ex qua audeam Actorem in simili pena condonare, et sic in effectu cum praecedentibus Dominis convenio Ulysipone 23. Maij 1648.

Martym Affonso de Mello.

121 Optabam sane aliqua prorumperre fundamenta, quibus justitiam Actoris opitularer, ut quæ vidi, quæ studui in medium proferrem, sed diu, noctuque pernotescens in dicendis, prolatis dictis a Sapientissimis dominis, et amantissimis collegis, nihil indictum inveni, omnibus eam quæ excogitari poterant occurserunt, repetere idem otiosum existimo, et potius ad dicendorum leporem detrahendum erit, unum tantum mihi ponderandum relinquit

transactionem quod omnes ipsius quæstiones diluit, ipsam que annulat, et cespare facit incapacitatem consideratam ab exceptrice illustrissima virtute testamenti ad excludendum potens jus quo Actoris oppressum est, immo capacem eum reddit ipsa transactio: nam si transigentes, et exceptris eum incapacem considerarunt ex verbis testamenti, seu inquam contractus, quo maioratus est institutus ad bonorum ipsius maioratus successionem, cur super eisdem met bonis, in quibus ipsi affirmabant Actorem succedere non posse, transigerunt aliquibus relictis ad ipsius, et fratum successionem, et descendentes, si afferas pro alimentis transactum esse, hoc tamen verum esset cum successore, et administratore maioratus eo vivente, ut aliqui docuerunt de quibus Molin. de primog. lib. 4. cap. 9. n. 22. Mier. de maiorat. 4. p. quæst. 22. n. 95. Cald. lib. 1. recept. quæst. 23. n. 114. Pater. Molin. disp. 557 Rosent. de feud. cap. 9. conclus. 22. Surd. cons. 80. Cancer. variar. lib. 3. cap. 15. a n. 207. Fusar. de substit. quæst. 563. n. 8. Menoch. cons. 1236. n. 2. & 5. Mat. Bart. in L. si fundo Cod. de transactione. Ratio est quia pro illo tempore vivente administratore is usufructuarius est, et potest de fructibus disponere, transigere vero demittendo possessionem eorumdem, aut aliquorum bonorum, ut factum est ad Actoris, et eorum successorum successionem post mortem administratoris, ut actum est fol. 528. versiculo nullo modo extat ergo nullitas ex viceribus ipsius transactionis, et operatur ipsa transactio Actorem non esse incapacem, quem ad bonorum successionem admittunt, prævaluuit enim veritas omni opinioni L. regula licet qui ignoravit ff. juris & fact. ignor. Perpararunt

traverunt ergo viri boni illius tempestatis transactionem, sed vir bonus est quis, qui consulta Patrum, qui leges, juraque servat, illi vero conivientibus oculis jure repugnante de quo supra, non tamen credo, recessus æquoris, non nullitatis peractæ, neque denique constitutionis sed odio, et potestate consulerunt; utrumque enim odium, et potestas persistebant apud illustissimum Comitem Viceregem transigentem, illud ex causa nubendi absque voluntate diuturno tempore perseverans, istud ex officio, quo fungebatur, sed potentes, non proflunt, sed obsunt, nam quamquam solis possunt prodesse potentes, non proflunt, potius plurimum obesse solent, sic enim ex transactione conclamare poterat Actor, quæ non solum sibi, sed parentibus obesse poterat, quia ex illa potius orta fama, qua magnam Eduardi nobilitatem obtruncare contenditur, ad cuius favorem satius dictum: cæterum cum nulla potentia longa sit currente jam tempore regia restitutione, Actor restituitur tutus relaxatione juramenti, & regio rescripto, & probationibus quibus illustratur, nobilitas Eduardi, & descendantium illius aggreditur cum Actore ad illam transactionem annullandam, & verificandam matris per illustrem familiam, in qua nihil non laudabile, nihil per horribile aut fædosum ad impediendam maioratus successionem à patre sibi jure, & Ord. lib. 4. tit. 100. relictam, ut bene decantarunt sapientissimi collegæ, dubia etiam ex verbis privilegii dirimentes, & non alia ad amissionem studiosé ei calcantes, quæ transcribere non licet, sed cum illis ex propria etiam transactione proprio successori maioratum transferre.

Ulyssipone 7. Julij 1648. Gama.

Pars III.

Ardua, & magni ponderis causa 123 inter Regni proceres exactissimum postulat examen. Bonorum, maioratus, & comitatus contentio sublimiores super sanguinis puritate sufficit, & involuit quæstiones; periculorum sane judicium, sed necessarium, in indaganda, & judicanda dicta sanguinis puritate consistit totius hujus processus cardo, illum Sapientissimi Patres in quatuor dividunt controversias doctissimè profectò, & loculenter de more discussas.

Et quanvis inspecta quatuor uniformium votorum conformitate res videatur evicta, & per consequens confessim scribi deberet sententia ex Ord. lib. 1. tit. 6. §. 1. cum sequentibus, ita ut si attenderetur dictæ ordinationis forma, sequentibus judicibus interdicta sit via ulteriorius deliberandi, nisi in ea parte, in qua esset in votis aliqua differentia, & cum nulla reperiatur, cessare videbatur judicium.

Nihilominus tamen hic processus non videtur regulandus secundum legem extraordinariam sequitur viam virtute rescripti regalis secundum quod omnes septem judices de meritis indistincte tenemur deliberare, & post emissâ vota ante publicationem invictissimum nostrum Regem omnium certionem facere, qui providebat in casu secundum quod sibi justius visum fuerit, Reges enim de potestate ordinaria cum justa causa possunt dispensare circa legem humanam, & jus positivum Cov. lib. 3. resolut. cap. 8. n. 8. per totum Xuares in repetitione quoniam in prioribus Cod. de in officios testament. in declaratio- ne ad Leges Regni Limit. 2. n. 15. per totum Cabed. 2. p. decis. 79. n. 2. & 9. quo jure justificantur rescripta commissionum de quibus lo-

quitur

quitur Ord. lib. 3. tit. 97. in principio, & §. 1. ibi. tiradas da via ordinaria, et cum similes processus ob eorum gravitatem Senatoribus certis, & à Rege electis & de ejus speciali mandato committuntur, non subiciuntur Ordinationis formæ, ideo que in illis derogatio legum inferi non solet, quia peculiarem desumunt naturam, ex verbis rescripti quæ semper sunt attendenda cap. inter dilectos §. cæterum de fide instrumentorum Bart. in L. fin. §. idem quæstioni ff. de conditione indebiti Molin. de ritu nupt. lib. 1. cap. 20. n. 7. quæ necessario præmittenda sunt, ut bene fundentur sequentes deliberationes, alias enim supposita concordia dominorum præcedentium, frustra deliberemus, quia deliberationes nullæ sunt.

126 Deinde etiam necessario supponendum est in præsenti de jure primogenitura Domini Ferdinandi à Castro patris Actoris, nec per consequens de jure ipsius Actoris, in dubium est enim suisse filium legitimum, et primogenitum, Actorum quæ nepotem Comitis Domini Didaci à Castro Insignis nostri temporis viri omni ævo memorandi, propter laudabilem illius animi integritatem, et admirandam virtutis justiæ observantiam; et licet dictus Ferdinandus ante patrem objisset relictis filiis, hos non excludunt clausulæ institutionis, imo expresse præfertur filio secundo genito, unde solum investigari oportet, an dictus Ferdinandus sit ex alia maioratus clausula exclusus propter matrimonium contractum cum Domina Catherina; alias enim nisi reperiatur exprestè exclusus reperitur expresse admislus, et præferendus est, et consequenter ejus filius Actor.

127 Ad perfectam igitur facti cogni-

tionem, & illius veram decisionem, sequentes deputabuntur quæstiones. Prima, an clausulæ maioratus omnia bona in illo comprehendant, et afficiant, an vero aliqua ab illis sint exempta. Secunda quæstio, ex quibus maioratus clausulis intendat Rea, ejusque patrem ab illo excludere. Tertia quæstio, an valida esset transactio facta super hujusmodi bonis confirmata regio diplomatica. Quarta super reconventione, quam Rea postulat ab Actore bona virtute transactio obtenta, et possessa, quibus plenè discussis tota exaurierur materia.

Prima quæstio, an omnia bona

128 maioratus verè subjiciantur illius clausulis.

Accedens igitur ad primam quæstionem prænotandum est, antiquum Dominum Didacum à Castro quartum Actoris Avum hunc instituisse maioratum simul cum uxore Domina Leonora de Taide ut patet, cui vinculavit tertias bonorum, & legitimas filii Ferdinandi Tritavi Actoris de ejus concensu, & alios antiquos maioratus, quos possidebat, illum videlicet, quem instituit Domina Margarita in loco vulgo nuncupato *da casa branca*, & alium, quem instituit Domina Beatrissa de Vilhena, & facta sit omnium vinculo quasdam apponere conditiones sub exclusionis pœna.

129 Planè onera, & conditiones appositæ ab institutoribus solum comprehendunt bona propria ipsorum, legitimas que filii de ejus concensu vinculatas, non vero maioratus antiquos ab aliis institutoribus institutos, cum enim successores illos non perceperint à dicto Domino Didaco, sed ab aliis institutoribus, non poterant respectu bonorum novis conditionibus

ditionibus g avari juxta regulam tam in L. ab eo Cod. de fideicomissis L. unum ex familia § si de falsitia ff. de legat. 2. L. si arrogatur cum similibus ff. de adopt. tenet interminis Molin. de primog. lib. 1. cap. 8. n. 21.

130 Quod confirmatur quia pater non tenetur filio relinquere, nisi solam legitimam; quod vero extra ipsam est, sibi liberum manet, & alienare in quanvis personam potest Authentic. de triente, & simusse §. 1. collect. 9. Authentic. ut liceat matri, & aviae in predicta collect, unde cum reliquum extra dictam legitimam, filii non debeatur, ideo non inconvenit patrem rei suae legem pactum, vel conditionem quam voluerit adjicare L. in re mandata Cod. mandati, L. traditionibus Cod. de pactis, & haec est ratio propter quam institutor in majoratu ex instituto potest gravare successores, quibusunque conditionibus dummodo honestae fuerint Surd. consil. 215. n. 17. & 18. cum sequentibus Franciscus Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. quest. 29. n. 5. & 6. ubi n. 21. expresse docet dictationera, & conditiones, non comprehendere legitimas filiorum, quas lucrabuntur, non obstante quod dictis conditionibus non paruerint Surd. ubi proxime, Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum lib. 11 tit. 18. n. 12. 13. & 14. Ex quibus dictos antiquos majoratus in hac ultima institutione noviter vinculatos non subjici novis conditionibus institutoris, qui illos non instituit constanter de libero, dictis que conditionibus non obstantibus Actorem tanquam legitimum, & unicum filium primogeniti Ferdinandi, eos obtinere debere judico, quando in actis non apparet ex antiquis, & propriis institutionibus dictorum maioratum ulla clausula, quae illum excludat, & haec de prima questione.

Pars III.

Secunda questio ex quibus clausulis excludatur pater Actoris.

In hac questione controvexit ex 131 quibus clausulis majoratus Rea intendit Actorem, ejusque patrem à successione illius excludere; plane duæ clausulæ reperiuntur, quæ patrem Actoris excludunt. Prima eo quod duxerit uxorem Dominam Catharinam sine concensu, licentia, vel consilio patris, vel avi de qua fol. 117. vers. & fol. 118. Secunda inventur fol. 117. ex qua pretendit Rea Ferdinandum patrem Actoris excludendum fore, propter ignominiosum matrimonium ex quo notorium familiæ resultavit detrimentum.

Quod igitur attinet ad primam 132 clausulam de conditione apposita ab institutore ne successores ducant uxores sine concensu vel consilio parentum, vel avi, tres casus distinguendi sunt. Primus est quando in majoratu apponitur conditio ne ducatur uxor sine concensu, & voluntate patris, & in hoc casu rejicienda est conditio tanquam impeditiva libertatis matrimonii per text. in L. cum tale §. si arbitratu ff. de condit. & demonstr. in terminis Molin. de primog. lib. 2. cap. 13. n. 35. versic. in primo casu Costa in dicto §. si arbitratu ampliatione ultima à n. 2. Franciscus Molino deritu nuptiar. lib. 3. quest. 29. n. 22. qui plures Doctores cumulat, & dicit communem, à qua fere nullus dissentit Gam. decij. 314. Fontanel. de pactis nuptial clausula 6. p. 5. à n. 1.

Secundus casus est quando conditio apponitur si duxerit uxorem sine consilio parentum, haec conditio non rejicitur, imo successores tenentur eam adimplere subpœna privationis majoratus, vel relicti, ut est communis ex eodem Molin. de primog. dicto cap. 13. lib. 2. n. 36. Fontanel.

Q 2

ubi

ubi supra n. 84 Francisco Molin. de ritu nuppiarum dicta quest. 29. n. 7. cum sequentibus, et ratio est quia filii tenentur sub culpa lethali consilium parentum, circa matrimonium, petere, et juri naturae convenit, ne filii, qui sub paterna sunt potestate circa patris consilium aliquod de retam gravi, ut est matrimonij vinculum, à quo totum vitæ institutum pendet, deliberare, ut comprobatur in terminis Sanch. de matrimonio lib. 4. disput. 23. n. 10. ex qua ratione satis justificatur honestas dictæ conditionis, cui filii tenentur obedire sub pœna privationis relieti ut est communis opinio de qua supra.

134 Tertius casus est quando disponens in conditione simul apposuit quod ducatur uxor de concensu, & consilio parentum promiscue utens dictis verbis; planè in hoc caſu, cum diversa sint consilium, & voluntas sustinebitur conditio sine rejectione propter verbum consilium, ratio est quia viriato uno, alterum non vitiatur in separatis L. i. §. penultimo ubi Bart. & ceteri omnes ff. de verbis oblig. & uno ex separatis sublato alterum non tollitur L. si domus ff. de servitut verbum præd. unde licet rejiciatur conditio de non nubendo sine consensu parentum tanquam impeditiva libertatis matrimonij, non rejicitur altera de nubendo cum consilio, quam adimplere tenentur successores in maioratu, ita tenet in terminis, & cum iisdem fundamentis Francisco Molino de ritu nuptiar. lib. 3. cap. 29. n. 10. quanvis enim disponens requisierit voluntatem, & consilium, & videatur duo copulative requirere; rejicitur tamen conditio consensus, & sustinetur dispositiva in consilij conditione, ut declarat dictus Molinus de ritu nupt. dicto cap. 29. n. 10. Fontanel. dicta p. 5. de pactis nupt. glos. 3. alias 5.

clausula 6. n. 85 Cephalus conf. 319. à n. 42. & 47. Rebello de oblig. justitiae lib. 18. quest. 16. litera E, vel F. Henr. de matrimonio lib. 11. cap. 12.

Quæ juris resolutiones nostræ hypothesis applicatae convincunt Domini Ferdinandi patris Actoris indubitatem exclusionem, quanvis enim in dicta maioratus institutione apponatur clausula de non nubendo sine consensu parentum propter quæ verba videatur talis conditio rejicenda tanquam impeditiva libertatis matrimonij, nihilominus tamen cum in eadem clausula exprimantur verba importantia consilium, ut duplicatis vicibus reperitur in dicta institutione fol. 117. vers. ibi:

Enaõ tendo as ditas mulheres assim solteiras, como viuvas pay, nem mäy, a que peçao licença para seu casamento seraõ obrigados cazar com conselho de seus parentes honrados dos mais chegados.

Et inferius eodem fol. versic. ad finem, & fol. 118. in predicto ibi:

Porém em nenhum caso podera o filho, nem filha (posto que maior de vinte e cinco annos seja) cazar sem as ditas licenças, e conselho assima ditas sob as mesmas penas.

Réjecta conditione voluntatis sustinetur alia conditio consilij, tanquam valde conveniens honestati ob communem bene institutione Reipublicæ rationem, secundum supra dictas communes traditiones, quibus edocemur, quod in sensu dubio, conditio interpretanda est in sensu honestiori, ut interminis tenet Henriques de matrimonio dicto lib. 11. cap. 12. litera N. Conditiones enim quæ per se ad actum aliquem faciendum juvant, non impedimenta, sed patris adjumenta censenda sunt ut etiam in terminis

- 135 terminis dicit Rebello *de obligatione justitiae lib. 18. quest. 16. litera N.*
 136 Juvant vulgaria iuriis axiomata, quod indubio interpretatio facienda est, quae inducat validitatem actus, quoties ff. *de verborum L. si quando in praedicto ff. de legat. 1. cum vulgaribus ad subvertendum igitur institutorum judicium, & ad extiepandas conditiones ob institutionibus adeo maturo consilio appositas ad maiorem sui maioratus conservationem, familiæ, posteritatis que suæ splendorem, & augmentum diligenter prius, & acuratè investigari, & examinari oportet, an ex aliquibus juris principiis sustineri, & validari queant antequam ad eorum extirpationem prorumpatur, quæ acurata diligentia, & interpretatio circa voluntates defunctorum magis sustinendas, & adimplendas, quam revertendas juris civilis regulis magis adaptatur. Surd. cons. 44. n. 21. Cardinal Tusch. tom. 1. litera A conclus.*
 136. unde cum supra dictæ conditiones sustineri possint in vim consilij rejecta conditione arbitrij ex communi Doctorum traditione, exulare debet illatum rejectio, imo secundum voluntatem institutorum, quia Dominus Ferdinandus conditio ni obtemperavit requirens prius consilium parentum quam uxorem duceret indubitabiliter venit excludēdus, & justè poterant parentes illum excludere virtute clausulae maioratus.
 137 Bené præfensit Sapientissimus dominus, qui primo loco deliberavit, hanc distinctionem inter consilium, & consensum, & quod clausula institutorum sustineri poterat, saltem in vim consilij, eo ipso quod institutores expesse de consilio fecerunt mentionem; ideoque ad aliam recurrerit Doctorum distinctionem, quod licet conditio ducendi uxorem cum consilio parentum non re-

jiciatur, quia non adversatur libertati matrimonij, petere namque tenetur consilium, tæqui vero minimè, ut tenet Panorm. in cap. ex parte n. 4. *de constitut. Menoch. consit. 69. n. 17. & 18. volumine 1. Sanch. de matrimonio lib. 1. cap. 34. n. 24.* Hæc tamen conclusio à Doctoribus limitatur in casibus, in quibus non satis est petere consilium, sed necessario sequendum est, tunc enim etiam conditio consilii rejicienda est sicut conditio petendi consensum, quia æqualiter libertati matrimonij obstant, tenet in terminis Molin *de primog. lib. 2. cap. 13. n. 38. Sanch. ubi proximè n. 25. Franciscus Molinus de ritu nuptiar. lib. 3. quest 29 n 11.* Deducit autem S. pientissimus dominus obligationem, & coactionem sequendi consilium ex clausula maioratus ibi: *E em nenhum caso poderá a filha, ou filho casar sem as ditas licenças, e conselho, assim ditas.*

Verum tamen dicta illatio, & dictus sensus non bene deducitur ex dictis verbis, neque ex aliis, quæ in institutione reperiantur, verba enim supra citata tantum sonant nullo modo matrimonium contrahi sine consilio parentum, quod intelligitur sine consilio requirendo, & quis dubitat, vel dubitare potest dictæ conditini satisfacere successorem maioratus contraxerit matrimonium, quin prius requereret consilium parentum licet post illud requisitum non sequatur, verba enim intelligi debent, quatenus propria eorum significatio patitur. *L. cum lege ff. de testamentis L. 1. §. quod autem ff. de aleatoribus cap. ad audientiam 12. de decimis cum vulgaribus.*

Institutores in prædicta clausula non loquuntur de requirendo consilio, neque præcise obligant ad illud sequendum, sed simpliciter præcipiunt quod matrimonium non ali-

ter contrahatur sine consilio parentum, an autem requiri, vel præcise sequi teneretur, successor, omisserunt, ut ad literam patet ex verbis institutionis, unde iste casus manet tanquam omissus subjectus dispositioni juris communis *L. commodissimè ff. de liber; & postb. L. si eum dotem ff. de soluto matrimonio.* Jus autem commune, & Doctorum traditiones, de quibus supra dictant in dictis casibus satisfieri, requirendo consilium, sed successorem requiringentem non teneri illud sequi. Planè dicta juris traditio bene adaptatur verbis dictæ clausulæ; verum est enim dicere successorem consilium requiringentem, licet illud non sequatur parere conditioni quia verum est sine consilio non duxisse uxorem, quod solum requisivit institutor.

140 Ut gitur durior obligatio, & onus gravus induceretur ut ex adverso consideratur, oportebat exprimi in dicta clausula, quod requirens consilium teneretur illud sequi, ut expresse docent supra dicti Doctores *Sanch. Franciscus Molinus de ritu nuptiar. & Molin. de primog. in locis supra citatis,* & indubio nemo est duplice onere gravandus *L. navis onusta* §. cum autem ff. *ad legem Rodiam de jactu L. sticho in fin. ff. de usufruct. legato cum vulgaribus,* & in casu supposito dupliciter gravaretur successor ducendo, scilicet, uxorem cum consilio parentum, eo quod teneretur illud sequi. Tandem si talis presumptiva, vel potius divinatoria interpretatio admittatur, corruit conditio contra voluntatem institutorum, si vero nostra literalis interpretatio magis conformis verbis simplicibus institutionis admittatur, sustinetur actus, tenet conditionem, observatur intentio institutum quibus secundum juris regulas hæc admittenda est, illa autem spernenda.

Sed quia quatuor gravissimi patres **141** hanc rejecunt conditionem ex supra dictis fundamentis, vel quia videlicet reddet absolutum parentum arbitrium vel quia licet consilium resipiat obligat (ut intelligunt) successores ad illud sequendum contra communis juris, & Doctorum traditiones, de quibus supra, & contra literalem interpretationem clausulæ quæ talem coactionis sensum non admittit, & causa gravissima est, gravissimum que importat præjudicium, ideo liceat hic aliquantulum immotari, & rem hanc strictius ponderari.

Videatur *Bartulus in L. 1. §. si plures ff. de exercitans actione num. 3.* quem citat ad nostram speciem *Fr. Francisus Molino de ritu nuptiar. die lib. 3. quest. 29. n. 11.* ubi dictus *Bartulus* refert in quibus, quis tenetur requirere alterius consilium, & non sequi, & in quibus quis tenetur requirere, & sequi, & plures distinctiones facit, & nunquam obligat ad sequendum consilium, nisi quando, qui illud præbere debet, est particeps officij, ponitur exemplum in textu qui videtur expressus in materia in *L. Mævium, & Titium in præd. 48. ff. de administrat. tutorum ibi enim Mævius cuius consilium testatur requisivit, erat particeps officij, quia simul erat tutor, & ut consilium requisitum necessario queretur, oportuit adjicere testatorem illa verba, quod sine eo fieret, irritum esset, ex quibus deducitur coactio sequendi consilium, supposito quod irritatur actus sine illo factus, & in super requirit Bartulus quod qui præbere debet consilium sit particeps officij, alias licet requiratur de honestate, non datur obligatio ad illud sequendum, ut est textus expressus in *L. quidam decadens 6. §. Papinianus ff. de administratione**

tratione tutorum, & ibi idem Bartulas, & ratio est, quia attento jure civili nemo ex consilio obligatur L. 2. §. final ff. mandati L. consilii 47. ff. de regulis juris & Decius & Ca-

gnolus.

143 Ex dictis igitur legibus expressis, & Bartoli doctrina evidenter convincitur quod ad hoc ut consilium quod requiritur necessario sequendum sit, oportet adjici verba, quae irritent actum sine illo factum, ut in super, quod qui præbere debet consilium sit particeps officij, alias requiritur solum de honestate secundum juris regulas, unde cum in præsenti soluni imponatur obligatio non decendi uxorem sine consilio parentum, sine ulla alia adjectione verborum, ex quibus deducatur coactio sequendi consilium, intelligitur secundum juris regulas de consilio requirendo, non tamen bene ex tali requisitione infertur necessario sequendum ut sic sustineatur nostra clausula, & conditio in vim consilij.

144 Accedit quod ipse pater Actoris Dominus Ferdinandus soli conditionem imposuit de non ducendo uxorem sine consensu avi vel patris ut patet fol. 674. & quanvis non valeat conditio de non nubendo sine consensu patris, imò rejiciatur, hoc intelligitur si apponatur ab extraneo, non tamen si aponatur ab ipso contrahente, hæc enim valida est, & honesta, ut est textus expressus in Cap. Super eo de conditionib. appositis, & ibi: Panormit; & hoc sive apponatur de presenti, futuro, vel de præterito, ut tenet in terminis Sanch. de matrimonio lib. 5. disput. 6. per totum, cum igitur pater Actoris sibi justam, & honestam conditionem imposuerit, sibi, & non aliis imputare debet, quid inde sibi resultaverit L. inter cohæredes §. quod ex facto ff. familiæ erciscund. Præcipue quan-

do exclusio, & privatio maioratus facta per Avum Ferdinandum casu quo pater Actoris duxerit Dominam Catherinam sine consensu vel patris Domini Didaci à Castro celebrata fuit post conditionem sibi apposita ab ipso Ferdinando patre Actoris ut patet ex documentis. Cum igitur non solum clausula maioratus sed consensus proprius patris Actoris præcederent, declaratio postea subsequuta antiqui Domini Ferdinandi censetur facta ratione tractatus præcedentis L. 4. §. unde queri potest ff. de manumiss. L. qui in aliena §. si is qui putabat ff. de acquirend. hæredit. cum aliis de quibus Mascal. de probat. conclus. 619. n. 2. conclus. 1239. n. 8.

Nec dubitari potest de validitate **145** dictæ declarationis factæ ab antiquo Domino Ferdinandō, quia in dicta declaratione nullam novam conditionem opposuit, sed solum fecit declarationem quod institutores nullam voluerunt in sua progenie, & familia vel minimam sanguinis hebrei maculam, quod quidem non adversatur, neque repugnat, imo maximè adaptatur clausulis institutionis, et adjectit quod si pater Actoris duceret uxorem dictam Dominam Catherinam propter communem dictæ maculæ opinionem privaretur maioratu; planè declaratio voluntatis institutorum non prohibetur, imo permittitur ultimis professoribus præsertim illis, qui dictam voluntatem potuerunt intelligere ab institutoribus, ut cum multis quos refert, et sequitur tenet Molin. de primog. lib. I. cap. 8. n. 38. Unde cum dictus Ferdinandus Avus patris Actoris id poterat intelligere, et voluntatem percipere à patre institutore, qui simul cum illo maioratum instituit, indubium est posse facere dictam declarationem.

146 Præsertim quando ex dicta declaratione nihil aliud resultat, nisi quædam prohibitio ducendi uxorem certam, & difinitam fœminam, ut fuit Domina Catherina, planè hoc præceptum non est absolutè impedivum matrimonij, sed solum talis matrimonii, quod honestum, est & præcisè servandum *Molin.* de primog. lib. 2. cap. 13. n. 28. *Mieres de maior.* 1. p. quæst. 51. ex n. 2. *Castilh. controversial.* lib. 6. cap. 128. à n. 16.

147 Et quanvis hæc prohibitio non fuisset facta à primo institutore respectu certæ personæ, dictus Dominus Ferdinandus tritavus Actoris, ut pote successor immediatus institutori, & qui illum cognovit, & tractavit, bene poterat generalitatem clausulæ, quæ generaliter matrimonium omne prohibuit, ex quo familiæ resultaret dedecus, & ignominia, accomodare, & applicare conjugio aliquis certæ fœmina, ut contingit in præsenti: & tanti effectus est hujusmodi declaratio ultimi possessoris ut dicit *Molin.* de primog. lib. 1. cap. 8. n. 38. judices eam teneri, sequi, vel saltem summe considerare, & aestimare debere, eo maximè quando dicta declaratio non repugnat, imo adaptatur institutioni, & in superfundatur in conditione honesta, quam pater Actoris sibi apposuit, quam certum est sibi apposuisse respectu dictæ Dominae Catharinæ, ex toto etenim hoc processu, & ex epistolarum multitidine, colligitur solum unius fœminæ matrimonium patri Actoris fuisse prohibitum, quod cum in jure licitum sit, & honestum, non video quam talis conditio sustineri nequeat, & hæc dixisse sit satis de prima clausula.

Secunda clausula.

148 Secunda clausula maioratus ver-

satur circa matrimonium ignominiosum; quo nobilitas familiæ denigratur. Non dubitatur de validitate & honestate dictæ clausulæ nec in super dubitatur de illustri protapia dictæ Dominae Catharinæ ex omni parte, excepto ejus quarto Avo Eduardo Brandaõ cognomine Mago, super quo sola, & tota est controvætia alegitime probetur esse ex sanguine hebræorum, ut vere locus sit in hoc casu prædictæ clausulæ.

Contta dictum Eduardum sequentia apponuntur, primum fama, & communis hujus Regni reputatio, quod esset ex sanguine hebræorum. Secundó, diploma regale invictissimi Regis Joannis hujus nominis Secundi, ad ejus, suorum que descendentium bona non confiscanda. Tertio dispensationes Aires da Silva, & Petri da Silva fratum Aviæ Actoris, & Ferdinandi de Lima Brandaõ descendensis etiam eadem via, quæ currunt à fol. 91. usque ad fol. 99. ad obtainenda insignia militaria.

Quo ad famam testes, & documenta quibus probatur

In primis advertendum est per famam in antiquis plene probari puritatem, vel maculam sanguinis, quia omnis origo, stirps, seu radix quando agitur de genere antiquo probando planè, probatur per famam *Mascard.* de probat. conclus. 60. n. 7. & conclus. 512. à n. 1. cum sequentibus, & conclus. 804. n. 2. 4. 5. & 6. *Menoch.* lib. 6. præsumpt. 15. n. 48. *Boerio* decis. 13. n. 16. multis comprobat *Escob.* de puritate sanguinis 1. p. quæst. 10. §. 2. à n. 15. Sed quia dicta fama multoties falax, & falsa est, regula à Doctoribus traditur, quod quando in antiquis fama est constans, & inconclusa, tunc ut vera amplectitur, & legitime probat *Menoch.* consilio 191. n. 86. tom. 3. *Mascard.* de probat. conclus. 748. n. 10. *Valencuela* consil. 92. n. 191.

152 & sequenti, unde quando fama est uniformis, & constans, imo varia, & cum contrarietate aliqua, nihil probat secundum Bald. in L. conventicula n. 8. Cod. de episcopali audientia Valencuel. dicto consil. 92. n. 194. pluribus exornat in terminis Escobar dicta parte de puritate sanguinis quæst. 10. §. 4. n. 6. cum sequentibus, quod intelligit in probanda nobilitate, & puritate.

153 Secundò necessariò animadverendum est quod in probatione qualitatum generis non est inspicendum quod in testibus circa famam sit omnimoda uniformitas, & constans absque contrarietate, seu varieta te ulla, ut alias in jure generaliter requiritur in probatione famæ, & ratio est quia prædictæ qualitates puritatis, & maculæ velut accidentia invisibilia considerantur, & nullo actu extrinseco & visibili, & signaculo exteriori discernuntur ab aliis contrariis qualitatibus Gutierr. lib. 3. prædicar. quæst. 10. n. 17. Menoch lib. 6. præsumpt. 60. n. 4. unde nec percipi, nec agnoscere est posibile uniformiter maximè cum proveniat à facto antiquo maiorum, quod notum esse non potest omnibus qui nunc vitam agunt, & ideo expositæ sunt dictæ qualitatæ diversi hominum judiciis, nec probari possunt omnino absque contrarietate, & diversitate, præcipue qualitas maculæ circa quam

154 contrarietas invenitur nam puritas pluries uniformiter probatur, & quod dicitur quod stabilitas, & uniformitas in probatione requiritur, intelligitur vel in casu recenti, & publico, quia in factis, quæ oculis non patent, nec aperte omnibus constant, in quibus scientia communis non præsumitur, sed oblio vio vel etiam in antiquis in probatione nobilitatis, & puritatis.

155 In probatione vero maculæ nihil
Pars III.

mirum si detur in constantia, & varietas, & testes afferant aliquos esse puros, quia fortasse maculam non audierunt, et ignorauit, quod nihil probat, cum sint aliqui, contrariam qui noverint maculæ qualitatem; hæc omnia tanquam necessaria ad præsentem inspectionem transcripti ex Escovar. omnino vidento de puritate sanguinis 1. p. quæst. 10. §. 5. a n. 27. usque ad finem ubi multis comparabat in probanda nobilitate admitti famam constantem sine mlla contrarietate, seclusus in probanda macula cuius veram probationem n. 23. remittit iudicis prudentis arbitrio qui arbitrabitur ex fide testium, rationibus, & verisimilitudine, quas ipsi testes afferrunt vel ex aliis, quæ in materia concurrere possunt, & hanc regulam probationis tanquam certiorem in hac specie solū iudicat, & approbat.

Tertio prænotandum est famam probari debere per plur. testes ad minus septem ut tenet Escov. de puritate sanguinis 1. p. quæst. 10. §. 4. n. 14. & 2. p. quæst. 9. §. 3. n. 72. deinde pauciori numero testium affirmantium pro macula quam pluribus affirmantibus pro puritate credendum est, & ratio est ut supra diximus in secundo notabili, quia in antiquis, qui dicit aliquem esse purum non probat quia potest ignorare ejus maculam quæ probatur ab aliis testibus de illo specifice dependentibus, ideo que ut puritas per famam probetur, deber esse fama constans, stabilis sine varietate, quæ veritas in probatione maculæ non tollit fidem aliorum testium de illa testificantium ut proximè probavimus in secundo notabili, est, et alia ratio, quia puritas sanguinis provenit ex longiori facto sumptæ fidei Catholicae semper, et intrepide observatae à maioribus omnibus

R

usque

absque eo quod memoria sit ejus, qui primo eam fuerit amplexus, atque ita ut qualitas ab antiquissimo, & incognito facto proveniens, & ideo intellectu imperceptibilis difficilime, & vere nosci potest, macula vero licet etiam proveniat ab alio facto, est tamen factum propinquius memoriae hominum, nempe ab observatione factæ, & legis contrariæ nostræ Catholicæ, quæ omnia, & si antiqua non adeo longinqua unde succedit Bartoli doctrina communiter recepta in *L. Carbonianum* 3. §. duæ ff. de Carboniano edicto docentes non ita credi testi deponenti de facto, longinquo sicut creditur deponenti defacto propinquuo, unde testes testificantes de opinione maculæ magis creduntur, tanquam de re magis speciali, & propinquieri memoriae hominum, & debent contrariis preferri, et hanc opinionem ex hoc fundamento sequitur, & multis comprobat Escovar de puritate sanguinis 2. p. quest. 9. §. 3. n. 32. & 54. & 1. p. quest. 10. §. 5. à n. 17. cum sequentibus.

- 158 Quæ juris resolutiones nostæ hypotesi, & actuum probationibus tam Reæ, quam Actoris applicare non parvam levem præbent ut judicis arbitrium in tanta varietate, veritatem possit elicere, si veritas, et certitudo in retam dubia, et antiqua possit consequi. In primis ad favorem Reæ novem testificantur testes de auditu publico maculæ Eduardi Brandaø. Verum tamen hæc testium probatio de auditu per se non constituit veram, & plenam probationem, quanvis enim *Lara relacus* ab Escovar de puritate sanguinis 1. p. quest. 9. §. 4. n. 31. tenet testes de auditu in antiquis plene probare maculam generis, licet nuditer deponant, nec rationem Actoris que auditus expresserint, nihilominus

idem Escovar supra citato loco n. 33. dictam opinionem doctissimè damnat, & impugnat, quia per illam aperitur via inimicis calumniandi, & maculandi familias aliæ nobilissimas, unde sola auditus probatio, etiam 161 in antiquis non sufficit, nec plene probat nisi simul concurat fama cum aliis adminiculis, ut tenet Escovar. dicta questione 9. §. 4. n. 43. Cabed. 2. p. decis. 73. n. 13.

Ut igitur solis testibus de auditu 162 plena adhibetur fides, plura necessaria sunt requisita quæ Escovar dicta quest. 9. §. 4. à n. 70. quæ hic non inveniuntur, ideo que probationem Reæ circa Eduardi maculam per dictas testes si non absolute rejicio, legitimam tamen easdem sufficientem non judico; patui autem penderem varietatem aliquorum testium etiam ipsius Reæ affirmativum dictum Eduardum ab aliquibus reputari pro hebreo, ob aliquibus pro orthodoxo, quia ut supra resolutum est in tertio notabili, dicta varietas ut plurimum accidit 163 in probatione maculæ, nec impedit quominus possit probari per alios testes, et adminicula sufficientia ad inducendam plenam probationem.

Dixi non rejiciendam probatio- 164 nem Reæ, quia probatio de auditu adminiculata probat Cabed. 2. p. decis. 73. n. 13. et dicta probatio Reæ in multis coadjuvatur probatiōni Actoris, non solum ex testibus insiis, sed etiam ex documentis ab ipso oblatis. Principalis Actoris inquisitionis testis, et omni exceptione maior propter ejus officium, et rerum antiquarum notitiam est Frater Franciscus Brandaø fol. 299. qui ex rationibus, et motivis sumptis in dicto testimonio persuadetur, et affirmat dictum Eduardum esse exterum, et natione Anglium, sed non dubitat de vulgata fama

fama hujus Regni quod ille esset vulgo reputatus pro hebreo ut fol. 301. vers. et fol. 302. vers. insinuat matrem etiam Lusitanam, quæ ei vulgo datur, fuisse hebreo, et fol. 303. ibi e quanto andar di vulgada fama contra a limpeza do dito Duarte Brandaõ em algüs manuscriptos, &c. Planè certum est in jure unicum testem de auditu contra producentem, maxime in antiquis plenam efficerere probationem *Escr. de puritate sanguinis* 1. p. quæst. 6. §. 1. n. 18. quanvis enim dictus testis non sequatur hanc famam, non dubitat de illa, imo expresse testificatur, inferius videbimus an sint vera motiva quibus ab illia discedit.

165 Cum hoc testimonio convenit aliud illustrissimi Comitis de Odemira pro Actore fol. 328. vers. qui asserit varie super dicti Eduardi (licet illum non nominet) genere audibile, alij enim illum asserunt Lusitanum, alij Anglum, & ex hac varietate originem sumpsit variatio facta in suis descendantibus, circa honores militares, constituto enim quod sit Anglius, manet probata ejus puritas, constituto vero quod sit Lusitanus, suppositis parentibus, qui illi attribuuntur, inde orta fuit maculae fama, & hoc ipsum quod testificatur Frater Franciscus Brandaõ, concordant omnes fere nobilissimi testes Actoris, qui omnes testificantur de puritate dicti Eduardi, eo sumpto motivo, quod sit Anglius, & ipse Actor hanc ex Anglia originem fatetur in articulo 35. replicæ.

166 Deinde dictæ maculae fama de qua deponit optimus Actoris testis corroboratur documentis ab ipso Actorre productis contra producentem, in quibus continetur dictum Eduardum incolam, & naturalem fuisse hujus Regni oppidi da Golegam
Pars III.

fuisse; filium spurium cuiusdam equitis nobilis Roderici Baiba habitum ex quadam muliere humilis fortis conjugata cum viro sanguinis hebrei, & advertendum est Actorem in articulis replicæ partim fateri dictum Eduardum Anglium, partim Lusitanum, Lusitanum fatetur articulans supra dictos parentes in articulo replicæ, & probat documentis supra citatis, quæ cum sint ab ipso producta in actis legitime probant contra producentem in eo contenta ex Bart. in *L. Chirographis* n. 2. ff. de administrat. tut. & in *L. eos* §. Super his n. 2. Cod. de his quibus, ut indignis pluribus exornat *Mascard.* de probat. conclus. 915. & conclus. 916. à n. 1.

Quibus sic suppositis investiganda est diligenter quatenus fieri posse in antiquis origo dicti Eduardi, quia in sanguinis qualitatibus exquirendis, prima origo diligenter inspicienda est *Joan. Guttierr. lib. 3. pract. quæst. 14. n. 42.* & sequenti, quia in origine totius rei status includitur *L. qui id quod 23. ff. de donat. L. nam origo 8. ff. quod de vi aut clam,* & quia qualitas sanguinis ex omnibus ascendentibus in suam progeniem nullo excluso gradu derivatur, quidquid ex aliqua descendit radice, ejus naturam sapit, ideo que radix in primis inspicienda est cap. dudum 22. versic. cum autem juncta glosa verbo electionis de electione cum aliis congestis per *Valencuel. cons. 51.* à n. 25. cum sequentibus plura cumultat *Escr. de puritate sanguinis* 1. p. quæst. 6. §. 3. à n. 20. cum sequentibus, itaque non potest dubitari quod si dicta radix in sua origine est aliqua macula infecta, haec inficit, & dirivatur in omnes posteros, & per consequens in Actorem.

Duplex igitur origo assignatur in 168 actis,

actis, & probatur ab Actore ascendentis Eduardi alia Anglicæ, alia Lusitanæ, ex qua originis variatione per ipsum Actotem articulata, non levis contra ipsum resultat suspicio, ex his quæ *Lara de anniversariis & Cappell. cap. 4. 2. p. à n. 131.* *Escovar de puritate sanguinis 1. p. §. 3. quæst. 6. à n. 7.* unde primo inquirendum est an sit Anglus, vel Lusitanus, quia si Anglus non dubito de ejus puritate, si vero Lusitanus potest dubitari.

169. Et quod sit Anglius unicum adducitur fundamentum de sumptum ex diplomate incliti Alphonsi Regis quarti, quo dictus Eduardus factus est incola, & naturalis hujus Regni unde arguitur; factus est naturalis, ergo alienigena erat, si enim naturalis esset, frusta hoc privilegium, quod jam habebat, concederetur contra juris regulas *L. 1. ff. ad municipalem L. Imperatores ff. de privileg. credit. cum vulgaribus*, & in dicto diplomate, et prædicta ratione quæ ex illo infertur, fundatur fere omnes testes, qui testificantur de dicti Eduardi nobilitate, & puritate, nec ullum aliud documentum adjungitur ad probandam Angliae originem nisi dictum diploma.

170. Illo tamen non obstante, resolendum est dictum Eduardum fuisse, attenta sua origine, Lusitanum, & natum in hoc Regno ut in primis probatur ex documentis ab Actore producatis, quæ omnia simpliciter, & sine ulla contradictione illum naturalem hujus Regni, & à parentibus Lusitanis genitum denominant, & cum sint testimonia ab ipso Actore in actis producta, contra illum faciunt plenam probationem ex *Mascard. de probat. conclus. 916. per totam*; probat epitaphium sepulcri si enim Anglius, & alienigena esset maxime oriundus ex nobilissima Du-

cum illius Regni prosapia ut Actor articulat, sicut in dicto epitaphio honores, & dignitates obtentæ in dicto Regno expimuntur a fortiori sanguinis qualitas, & origo exprimeretur, nec illi opus erat ad nova prorumpere armorum insignia, sed antiqua illustrissimæ, & propriæ familiæ gerere ut bene notavit *Mascard. de probat. conclus. 1146. n. 24.*

Constat in super ex certitudine **171** Damiani de Goes ex cuius serie bene colligitur dictum Eduardum fuisse origine Lusitanum quia ibi restringuntur honores adepti in Anglia tanquam facinora facta in extero Regno, & si ex verbis dictæ certitudinis colligit Actor Eduardum fuisse purum, quia nullius maculæ fecit scriptor mentionem, quam si haberet non occultaret, magis concludit argumentum pro non occultanda qualitate exteræ nationis, quæ nullatenus nocebat dicto Eduardo, imo illi, descendantibus que suis, maxime proficiebat cum macula noceret, & poterat ratione fortasse amicitiæ occultari.

Nec obstat diploma regale quia **172** non concludit illum esse exterum, imo contrarium ex illo colligitur evidenter, supponendo prius quod dictus Eduardus occasione cujusdam homicidij ab adolescentia sua deseruit patriam suam Lusitaniam proficiens ad Angliam animo non redeundi, ubi constituit domicilium per Spatum plusquam decem annorum; duxit uxorem, & ibi cum familia sua comorabatur, unde in hoc casu prædictam desertionem propriæ patriæ privilegia ejus naturalis, & originarij amisit & ipse, & filij sui *Ord. lib. 2. tit. 55. §. 3. tenet in terminis Mascard. de probat. conclus. 1146. n. 23.* quæ patriæ defertio propter dictum homicidium probatur.

probatur ex documento oblato ab ipso Actore.

173 Deinde advertendum est Inclitum Regem Alphonsum quintum non concessisse hoc privilegium dicto Eduardo commoranti, & habitanti in hoc Regno, si enim sic accidisset, concludebat argumentum, sed concessit privilegium illi commoranti in Anglia, ibique domicilium habens, ut paret, ibi *sem embargo de elle viver nos Reynos de Inglaterra*. In quo consistit ut privilegij, ut videlicet originem amissam propter desertionem virtute privilegij recuperaret, & omnibus ejus originariis privilegiis uteretur, ac si viveret in hoc Regno cum domicilium haberet in Anglia quo ad alias fortasse merces vel alia quæ ex Anglia moveret in hoc Regnum; phane hoc est verus sensus dicti rescripti, ut insinuat in certitudine oblata ab ipso actore.

174 Imo ex dicto rescripto colligitur evidenter dictum Eduardum natum esse in hoc Regno, quia si Anglius esset, adjiceretur in eo, non obstante quod esset exterus ut derogaretur *Ordinat. lib. 2. tit. 55. in principio, secundum quam nullus exterus reputatur naturalis, licet in hoc Regno contrahat domicilium, & ducat uxorem, sed adjiciuntur alia verba respicientia domicilium contractum in Anglia; ibi sem embargo de viver em Inglaterra in terminis Ordination. dicti lib. 2. tit. 55. §. 3. quæ loquitur de naturali deferente patrem, & in alio Regno habitante.*

Ex quibus convincitur dictum Eduardum non fuisse Anglium, sed attenta sua origine Lusitanum, & consequenter fundari in eo fundamento nobilissimas testes deponentes de ejus puritate existimantes fuisse Anglium.

175 Fuit igitur Eduardus cognomine

Magnus lusitanus natus ex Roderico Barba nobilissimo viro, & ex quadam foemina conjugata cum viro tanguis hebrai, ut vulgo dicitur, ut insinuant documenta producta ab ipso Actore, si attendimus igitur patrem adulterum Rodericum Barbam nobilem, & ortodoxum judicabimus Eduardum, sin vero attendimus patrem putativum verum maritum matris, judicandus est neophitus, quæstio est in hoc casu quomodo judicari debet in hac puritatis, & maculæ causa, hanc quæstionem disputat in iisdem terminis *Escovar. de puritate 1. p. quæst. 8. §. 3. à n. 53. & præcipue à n. 58.* ubi ponit casum, quando duplex pater alicui datur, alius puri, & nobilis sanguinis, alter vero maculati, & de vera dubitatur filiatione, plane in hoc certum est excludi prætensorem propter incertam qualitatem duarum personarum quis ex diversis illarum qualitatibus certum quod colligi non vallet *L. Papinianus 20. ff. de minoribus Valencuel. consil. 1. n. 79.* neque ulla maior datur ratio inspecta proposita quare filius puris judicetur, quam maculatis.

Et magis in specie nostræ hypothesis idem *Escovar supra proximè citato loco n. 63.* resolutum hoc dubium cessare quando prætensor procreatus est ex conjugata cum suo marito cohabitante, nam tunc & si vertatur dubium an ab alio fuerit genitus censetur filius mariti, & non alterius præsumptione juris, et de jure, quæ non admittit probationem in contrarium, ut in *L. filium, & quæ ibi communiter scribentes ff. de his quibus, ut indignis.* Præsertim quando ex instrumentis oblatis ab Actore probatur dictum Eduardum educari in domo matris conjugatae tamquam filium ejus mariti, tractatus enim, et nominatio paren-

tum sunt veræ conjecturæ filiationis probandæ ut scribit *Mascard.* de probat. quæst. 789. à n. 1. & 790. à n. 1.

177 Quod adeo verum est, ut etiam si probetur mulierem illo tempore cum adultero habuisse consuetudinem, etiam tunc præsumetur filius mariti, ut multis comprobatur *Menoch.* de arbitr. lib. 2. centuria 1. casu 89. an. 20. ubi n. 27. extendit etiam si mater affirmet filium illum ex proprio marito non fuisse generatum, nec enim hæc matris assertio filio prejudicare potest ita regula in *L.* etiam ff. de probat; verum est quod dicta præsumptio cessat, quando maritus à domo absuit diu reputatur decenium, et domum recursus, anniculum invenit, ut exemplificat idem *Menoch.* ubi supr. n. 32.

178 Verum tamen de tali absentia legitimè non constat, imo probatur dictum Eduardum in domo patris putativi tanquam ejus filium pro tali reputatum educari, qui tractatus, et reputatio tollit omnem suspicitionem, et ut hæc everteretur, necessario liquidioribus et validioribus probationibus contrarium demonstrari debebat, quod in presenti non repetitur maximè quando predicta præsumptio est juris, et de jure quæ non admittit probationem in contrarium.

Sit ergo conclusio ex supra dictis, quod sumus in causa gravissima, cuius decisio pendet solum ex eo, an dictus Eduardus aliqua languinis hebræi macula infectus, nec ne? ad quod exquirendum originem oportet investigare dicti Eduardi ut supra diximus.

179 Rejeta ergo origine Anglicæ tanquam frivola, et fictitia nullum invenio in his actis patrem dicti Eduardi, neque mihi dabitur, nisi Rodericum Barbam, matrem autem conjugatam cum viro hebreo, et hoc

probant documenta ipsius Actoris, in quibus terminis secundum notissimas juris civilis regulas dictus Eduardus non præsumitur filius Roderici Barbæ adulteri, sed filius veri mariti matris suæ, et per consequens filius viri hebrei ejus patris macula infectus, quæ præsumptio est juris, et de jure quæ non admittunt probationem in contrarium, ut supra resolutum est, neque contra illam in actis ab Actore offeruntur vel dicta testium, vel documenta, quæ dictam præsumptionem alio modo elidant.

Si igitur in hunc casum excluso **180** Ferdinando patre Actoris propter matrimonium Dominae Catherinæ jussu prohibitum à patre ejusque avo secundum clausulam maioratus ipsius bona, & comitatus de Baſto pertinent ad Ream, cuius jus postea facta transactione cum ipso Actore stabilitum fuit, judicatum que per sententiam, quæ transivit in rem judicatam, & regio diplomate confirmatam; nescio quidem qua juridica ratione jus Reæ taliter requisitum, & adeo radicatum avelli possit.

Nec obstante veritati supra defensæ dicta nobilissimorum testium Actoris Henrique Correa da Sylva fol. 265. vers. & Marchionis de Montalva fol. 235. & aliorum qui testificantur ad favorem Actoris familiam Domini Didaci à Castro nullum passum fuisse detrimentum ex matrimonio contracto cum descendente dicti Eduardi, quia fundantur in dicto erroneo fundamento, quod ille esset Anglius fortasse aliud dicturi si verum intelligerent Diplomatis regij sensum, & interpretationem, legatur testimonium fratris Francisci Branda, & dematur suppositio erronea deducta ex diplomate Regis Alphonsi quinti, quod dictus Eduardus esset Anglius **181**

& totum testimonium retorquetur adversus Actorem producentem.

182. Accedit quod dicti testes depo-
nent de judicio, & sic nullam fidem faciunt *Cap. quoties de testibus cap. relatum supra quest. 2. late Mascard. de probat. conclus. 1369. à n. 1.* quod limitatur quando testis de judicio, & credulitate deponens bonam assi-
gnat dicti rationem, ratio enim dat esse dicta testis *Bald. in L. data ope- racolumna 14. Cod qui accusare non possunt, & in L. solam in quest. su- pra Cod de testibus;* maximè quia di-
ctus deponendi modus videlicet quod pater Actoris uxorem duxit talem, qualem ejus pater illi quæ-
rere potuisse, & quod ejus familia ex dicto matrimonio nullum passa
fuit detrimentum, versatur circa res, quæ non percipiuntur sensu corpo-
reo, sed ratione, & judicio intelle-
ctus in quibus tenentur testes ratio-
nem sui dicti reddere ut tradit *Mas- card. de probat. dicta conclus. 1369. n. 7. & 10. & 11.*

183. Qua propter inquirenda est ratio in qua fundantur dicti testes ad ju-
dicandum hoc matrimonium æqua-
le, non enim negant vel negare pos-
sunt, quod si in dicto matrimonio est aliquis sapor maculæ hebreæ, jam non est æquale, quo supposito vel nullam afferunt sui dicti ratio-
nem, & nihil probant cum sint testes de judicio, vel fundantur in origi-
ne Anglica, & est erroneum funda-
mentum, vel fundantur in origine vera, & Lusitana, quatenus ex do-
cumentis Actoris dicitur esse filius Roderici Barbæ, & resistit præsum-
ptio juris quod sit filius mariti ma-
tris suæ, & per consequens sanguine hebreæ maculatus.

184. Bene præsentiant sapientissimi pa-
tres dubium quod vertitur in puri-
tate sanguinis dicti Eduardi, unde afferunt clausulam maioratus requi-

rere familiam pati notorium detri-
mentum ex vetito matrimonio, no-
torietas autem detrimenti hic non probatur propter dubias ex utraqua parte probationes; sed facilis est responsio, quia ex supra dicta ju-
ris præsumptione magis prævalet macula, quam puritas, sed esto quod non datur notorietas maculæ, certum est puritatem pati maximam contradictionem, et hoc magis ex pro-
bationibus Actoris, quam Reæ, quod dubium ipse fatetur Actor in suis ju-
ris allegationibus.

He ao menos certo padecer a con- tradiçāo, e du vida que está mos- trada pelas provas que fez o Au- thor de sua pureza, e limpeza.

Unde licet non esset notoria im 185
puritas sanguinis sufficit quod certa
dubitetur de illius puritate, ut ex
dicti sanguinis dubij mixtura resul-
tet notorium detrimentum familiæ Castrorum sine ullo dubio puræ,
non enim parum, imo magni interest,
et magnum vertitur præjudicium,
familiam quandam, quæ hodie sine
ullo dubio est pura, mané reperiri
mixtam cum dubio maculæ sanguineis,
quando dictum dubium, et incer-
titudine inhabilitat ad honores ut
multis comprobat *Escrivár de purita- te quest. 8. §. 3. à n. 53.* et propter
dictum dubium omnes consanguinei
patris Actoris proceres hujus Regni
dictum matrimonium impugnarunt
ut constat ex ipsorum epistolis jun-
ctis processu.

Nec factum patris Actoris justifi-
cari potest, vel excusari ulla igno-
rantia, vel dictæ maculæ, vel clau-
sularum maioratus quia omnium
certior factus fuit à patre Didaco à
Castro patet ex epistola dicti Domi-
ni Ferdinandi junctis iis quæ ad in-
tentum congeruntur à docto Reæ
patrono in suis juris allegationibus,
et hæc dixisse sit satis de prima spe-
cie

cie probationum resultante ex testibus, et documentis contradicatum Eduardum.

Secundum documentum deducendum ex diplomate regio.

186 Secundó contradictum Eduardum objicitur diploma Regis invictissimi Joannis secundi, nec bona dicti Eduardi, suorum que descendantium proullo criminis confiscarentur unde arguunt dictum privilegium impietas timore confiscactionis bonorum propter crimen lesæ majestatis Divinæ quod non reperitur exceptum in dicto rescripto cum reperiatur exceptum rescriptum lesæ majestatis humanæ, sed hæc sequela mihi non arridet ad probandam vel ex illa inferandam maculam juxta juris fundamenta, quæ respectu hujus diplomatis adducunt primus, et tertius Dominus in suis doctissimis deliberationibus.

Tertia probatio maculæ deducta ex dispensationibus.

187 Tertiò objiciuntur contra Actorem tres dispensationes, quibus fateor dictas dispensationes prejudicare familiæ quando dispensati derivantur ex eodem trunco, vel sumuntur in vim sententiae, vel in vim confessionis, quia macula unius familiæ communis est omnibus, qui sub ea degunt, nec mutationem, vel alienationem in rei veritate recipit, ita ut quidam ex eodem genere puri, quidam vero maculati existant; argumentum text. in L. eum, qui ædes 23. ff. de usu cap. in terminis Escov. de puritate sanguinis 2. p. quest. 6. §. 3. à n. 6.

188 Verum quidem est, quod dictæ dispensationes procerum, et magnatum hujus Regni (contra quos nul-

la mihi legitime probatur nullitas, vel obreptio) non bonum ginare possunt saporem in animo judicum, accedente præsertim testimonio Marci Roderici Secretarij Tribunalis conscientiæ ubi testificatur de forma expediendi dictas dispensationes, quæ non solent impetrari nisi ad instantiam consanguineorum proximiorum dispensati ad quorum postulationem Reges literas suas mittunt ad summum Pontificem, et Summus Pontifex in bullis dispensationum cum Regibus loqui ur. illis que scribit, qui stylus maximè consonat cum dispensationibns oblatis, in quibus Summus Pontifex cum Rege loquitur.

Video ramen in hac eadem prosapia alios consanguineos ex eiusdem stirpe descendentes admissos ad insignia militaria sine dispensatione, et cum contradictione ut testatur dictus Marcus Rodericus, contestatur aliis omni exceptione maior, ex quibus difficile erit in hac dispensationum materia certum quid statuerem nisi quod testimonium illustissimi Comitis de Odemira contra producentem Actorem insinuat varietatem dictarum dispensationum provenire ex varietate originis dicti Eduardi; quasi descendentes, qui confessi fuerint illum esse Lusitanum, impetrassent dispensationes; illi vero, qui Anglium esse dixerunt ex præfacto diplomate Regis Alphonsi quinti, sine dispensatione fuerint admissi, quod nobis certò constare non potest, nisi informationibus dicti Tribunalis: Interim tamen de probatione resultante ex dictis dispensationibus non curarem propter dictam varietatem, & hæc de secunda quæstione in qua promisimus disputare ex quibus clausulis Rea intendit Actorem excludere.

Tertia

Tertia quæstio quoad materiam transactionis.

- 190 Hæc transatio fundatur in dubio
litium eventu ut patet ex tenore
scripturæ, & ex lite mota in appen-
sis constat; plane de vi, & qualitate
hujus dubii quale, & quantum fue-
rit, & quomodo bene ponderatis, &
plene discussis dispensationibus, ad
huc dictum dubium prævalere vi-
detur, satis super que supra dispu-
tavimus. Quo supposito quando lis
est inter proceres Regni, & datur
justa causa, & timentur scandala
cum facultate regia super bonis ma-
ioratus licité fieri potest transactio,
tenet, in terminis Molin. de primog.
lib. 4. cap. 9. à n. 20. in qua trans-
actione omnes solemnitates requisitæ
à jure Civili inveniantur, & in ea
legitimè, & cum citatione partium,
interrogati fuere testes consanguinei
proximiores Actoris, aliorum
que fratrū minorum ad probandam
iporum utilitatem ut patet; nec ex
adverso allegatur aliqua nullitas
considerabilis, seu defectus alicuius
solemnitatis à jure requisitæ.
- 191 Opponitur solum quod fuerit ce-
lebrata metu reverentiali potentis
viri Domini Didaci à Castro Avi sui.
Sed minus bene meo videri, quia li-
cet Actor possit agere si vellet con-
tra avum in vita sua, ut post ejus
mortem declararetur legitimus suc-
cessor, & quod in super possit lis
moveri adversus Avum Didacum à
Castro admissionem, & privationem,
maioratus propter cessionem illius
factum in vita in personam filij se-
cundo geniti Domini Laurentij, nul-
lo tamen jure cogebatur id facere in
vita Avi expectaret ejus mortem,
qua omnis extinguitur potestas, &
tunc libere agere ut fecit, unde in-
civiliter recurritur ad metum Avi
reverentiale quando in illius vita

Pars III.

poterant solvere actiones, & post ejus
mortem libere maneri, & principa-
liter quando ex dicta transactione,
& testium consanguineorum justifi-
catione constat illam fuisse factam
in utilitatem minorum supposito
dubio litis eventu.

Opponitur deinde læsioenor- 192
missima, & beneficium restitutionis
minorum; planè in hac materia sunt
duæ communes opiniones Bartol.
in L. 2. Cod de rescind. ante signamus
est unius tenens remedium dictæ le-
gis secundæ, à fortiori enormissimæ
læsionis dari adversus transactionem
super dubio litis eventu Glossa vero
in cap. cum causa de emption. & ven-
dit. indistinctè illud negat contra
Bartolum quando transigitur super
dubio litis eventu, has Doctorum
opiniones eleganter recitat Pinel. 1.
p. dictæ legis 2. Cod. de rescind. cap.
4. à n. 12. cum sequentibus, ubi late
refert multitudinem Doctorum qui
utranque sequuntur, qui magis in-
clinat ad opinionem Bartoli, quæ
in nostro Regno servari debet atten-
ta Ord. lib. 3. tit. 64. Sequitur Mo-
lin. de primog. lib. 4. cap. 9. à n. 35.
ex quibus non dubitamus dictam
transactionem posse annullari pre-
textu dictæ læsionis, etiam si fieret
super dubio litis eventu, & hac ra-
tione illam annullant quatuor sapi-
entissimi patres.

Sed necessario advertendum est 193
etiam attenta opinione Bartoli advo-
catos caute debere in hac materia
articulos formare deducendo quod
homines experti, & certiorati quali-
tatis negotij communiter pro tali ju-
re, actione, & dicto dubio litis even-
tu darent tamen quantitatem quod
erat justum pretium dicti dubij litis
eventus respectu cuius in quantitate
recepta, & transacta intervenit læ-
sio enormissima, quia in hoc trans-
actionis genere solum æstimandus est

S

du-

dubius litis eventus, & nullo modo potest articulari vel aestimari laesio respectu quantitatis receptae, & respectu omnium bonorum, quae veniunt in transactionem, & Bartoli opinio procedit articulato, aestimatoque praedicto modo dubio litis eventu, nec aliter, nec alio modo & sic illam interminis restringit doctissimus Pinelus omnino videndus dicta 1. p. legis 2. cap. 4. n. 16. et in hoc aestimationis modo omnes Doctores consentire tradit Molin. de primog. lib. 4. cap. 9. n. 34. Unde ait Pinelus ubi supra dicto n. 16. officiam esse in praxi probationem dicti dubij eventus, & rarissime repetiri, sed quando sic evenerit non esse recendum ab opinione Bartoli, idem dixit Molin. de primog. sequitur nostrum Pinelum n. 36 ad finem.

194 Unde applicatae supra dictae traditiones nostrae hypothesi convincent notoriam justitiam Reæ, non enim dubitamus secundum veriorem Bartoli opinionem, quod possit nullari transactio facta etiam super dubio litis eventu pretextu laetionis enormissimæ, sed debebat ab Actore articulari, & aestimari dicta laesio respectu tantum dubij eventus, non vero respectu bonorum maioratus, ut articulat Actor in articulo 22. libelli fol. 13. exemplificat Molin. de primog. dicto lib. 4. cap. 9. n. 34. in eo qui litem moverat super centum mille aureis, & fecit transactionem pro mille, non ex inde vocabitur deceptus, possibile namque esset actionem, quæ ad illam vendicandam sibi competebat, nec tanti aestimari debuisse, cum igitur in actis neque articuletur, neque aestimetur dictus dubius litis eventus, neque in processu ulla super hoc reperiatur probatio, infalibiliter transactionem servandam esse, Actorem que cadere à causa delibero.

Neque itidem proderit in hoc casu beneficium restitutionis, videatur enim omnino Pinelus dicta 1. p. legis 2. Cod. de rescindend. dicto cap. 4. n. 16. ad finem ubi in specie resolvit etiam in transactione minorum rescindenda, vel annullanda super dubio eventu litis necessarió esse probandam, & aestimandam laetionem respectu dicti dubij eventus, aliter cessat restitutio.

Relicta igitur questione puritatis, vel maculae dicti Eduardi in qua tot dubietates, & ventilatae sunt, ventum est inter has partes ad transactionem, quæ per sententiam judicata est quæ transivit in rem judicatam, & sic per illam sopia penitus, & extincta est puritatis questio; & defenditur Rea ex sententia, & transactione Ord lib. 3. tit. 20. §. 15. et supposito quod virtute illius Reæ jus acquisitum fuit et contra eam nihil opponitur, quod illam invalidet, Actorem actione carere, Reamque absolvendam fore judicarem.

Ponit falcem ad radicem quia Actor non solum defecit, ut proxime resolvimus in probatione laetionis enormissimæ respectu dubij litis eventus, sed neque illam articulavit, neque probavit respectu bonorum patrimonialium, de quibus tantum agitur in hoc processu, quia super bonis Coronæ litigatur in processu separato, et respectu isto um utitur Rea diversis penitus defensionibus, ut videte est articulo 12. exceptionis peremptoriæ fol. 58. ad finem, videlicet quod filius secundo genitus Domini Laurentij habuit praedicta bona Coronæ ex novo titulo, et beneficio concessso dicto Domino Didaco à Castro, quæ defensiones examinantur, et discutiuntur in actu separato.

Tenebatur igitur Actor in hoc processu separatim articulare, et probare

base læsionem enormissimam respe-
ctu bonorum patrimonialium. Video
tamen Actorem promiscue, et con-
fuse dictam læsionem articulasse in
sesto replicæ articulo, ubi miscuit
bona coronæ cum bonis patrimo-
nialibus, et ex omni cumulo constituit
valorem reddituum summæ decem
mille aureorum singulis annis, cum
separare debuerat valorem reddituum
patrimonialium bonorum, de quibus
nunc solum agitur, et respectu isto-
rum articulare, et probare læsionem,
quod non fecit.

199 Præsertim quando Rea articulat
in duodecimo articulo exceptionis
peremptoriæ fol. 58. redditus bono-
rum patrimonialium non valere sin-
gulis annis, demptis oneribus decies
centena nullia nummorum, que A-
ctori demissa fuere virtute dictæ
transactionis, et probat dicta testis
fol. 510. et si non plures super hoc
puncto produxerit testes satis con-
queritur, quod sibi coangustatæ fu-
erint probationes.

200 Sed ad huc ex defectu probationis
Actoris absolvenda est Rea, quia
Actor libellum proponere, et inten-
dere debet certum, et clarum sine
ulla confusione, nec ambiguitate,
quia libellus confusus est, et incer-
tus de jure non procedit Bart. &
Alex. in L. i. à n. i. ff. de edendo
Barrellus in summa decis. tit. 49.
de libello n. 65. et quavis libel-
lus ambiguus sustineatur, et non
annullatur si à parte non oppo-
nitur ex Bald. in L. quis intentio-
ne n. i. ff. de judiciis Niculaus Ca-
luel. in sua praxi §. libellus conclus. 2.
n. 4.

201 Nihilominus tamen ex forma ar-
ticulandi dictam læsionem non con-
vincitur læsio ulla in bonis patrimo-
nialibus, de quibus solum agitur,
ut enim concluderet, tenebatur arti-
culare, et probare bona patrimonia-

lia valere tantam quantitatem res-
pectu annualium reddituum, et tunc
habita consideratione ad decies cen-
tena millia nummorum demissa in
transactione arguere et probare læ-
sionem enormissimam, quod non
invenitur in actis nec articulatum,
neque probatum, solum enim repe-
rietur factus quidam cumulus pro-
miscue reddituum bonorum Regiæ
Coronæ, et patrimonialium sine
ulla illorum divisione, ita ut sepa-
ratim distingui nequeat valor sin-
gulorum bonorum, cum alias bona
Regiæ Coronæ, ut sunt vectigalia
comendatalia, et alia ejus generis
poterunt valere sex, vel septem mil-
le aureos, et tunc nulla læsio datur
in bonis patrimonialibus, plane hæc
divisio, et distinctio erat necessaria,
ita ut sine ulla proferti nequeat sen-
tentia, bene præsentit Actor quod
comparatis redditibus bonorum pa-
trimonialium cum redditibus sibi de-
missis in transactione nulla datur læ-
sio, ut articulat Rea, ideo que cu-
mulat omnia bona, Coronæ, et pa-
trimonialia, ut inducat dictam læ-
sionem, sed inciviliter quia debue-
rat facere illorum separationem ut
possimus ferre sententiam certam su-
per læsione commissa in bonis patri-
monialibus de quibus tantum agitur,
unde hæc dubia probatio Actoris ab
ipso affectata ut ratione confusionis
obtineat, contra ipsum producen-
tem est interpretanda Rebuff. tra-
statu de reprobatione testimoniū n. 9.
Rota Romana apud Farinat. decis.
854. n. 1. in novissim.

Nec allegari poterit, quod cum 202
in transactione ab omnibus bonis Co-
ronæ, et patrimonialibus facta fuic
desistentia, respectum omnium arti-
culari, et probari sufficere debet læ-
sionem, quia respondet, id ve-
rum esse si unico processu de omni-
bus bonis simul tractaretur, ac in

specie nostra non sic se res habuit, sed diversi processus separatim super singulis bonis formati sunt, et cum in his actis solum agatur de patrimonialibus solum respectu iterum articulanda est læsio, quæ nullo modo potest dignosci, aestimari, neque judicari, nisi specifici articulato, & probato valore rei, in qua dicitur læsio contracta. *Pinel. 3. p. legis 2. Cod. de rescindend. cap. 4. à n. 2. Ord. lib. 4. tit. 13.* in principio ex quibus cum in praesenti hypothesi, non inventatur articulata, ne probata læsio respectu dubii litis eventus, ut supra resolvimus, & quod plus est neque proberur, neque articuletur in specie ab Actore valbre reddituum bonorum patrimonialium separatus à valore bonorum Regiae Coronæ ad effetum ut respectu dicti valoris possit aestimari, & judicari læsio enormissima habita consideratione ad decies centena millia nummorum demissa in transactione, illam validam esse solutis objectionibus adversus illam oppositis, & per consequens Actorem succumbere indubitabiliter assertem.

Tertia, & utima questio, quæ respicit reconventionem.

203 In hac reconventione postulat Rea, ut Actor restituat bona possessa virtute transactionis secundum penam conventionalem oppositam in scriptura transactionis, supposito quod impugnavit illam; sed praeterquam quod hujusmodi penam conventionalis rarissime in judicio ex usu forensi exiguntur, sed solum solent apponi ad terrorem, & maiorem contractuum securitatem, ut diligenter adimpleantur, ut tenet in terminis *Benedictus Egid. in L. ex hoc jure ff. de justitia, & jure clausula 9. n. 2.*

Ulterius advertendum est Acto 204 rem non incidisse in dictas penas, quia vicit maioratus antiquos simul cum aliis bonis, & novis conditionibus ab institutoribus vinculatos, ex eo fundamento, quia dicti institutores non poterant in illis nova onera, & conditiones apponere, ut resolvimus supra in prima parte hujus deliberationis, unde indubitabiliter est incursa pena, ideoque à reconventione Actorem absolucionem judico ea declaratione quod si maioratus antiqui excedant valorem bonorum, quæ Actori in transactione demissa fuerint, illis contentus sit, quin ultra perat alia bona supposito enim quod sunt exempta a dispositione institutorum ut supra diximus justum est ut illi præcipua maneat, non tamen exinde alia bona ulterius requirat virtute transactionis, quia intentio transigentium ex utraque parte solum fuit demittere, & recipere dicta decies centena millia nummorum taxata in dicta transactione, que intentio ad unguem est attendenda. *L. non omnis ff. si certum petatur cum vulgaribus, & ex eadem ratione, si maioratus antiqui minus valuerint solum quod deerit usque ad dictam quantitatem taxatam reficietur, ut plene satisfiat intentioni transigentium, & per hoc finitæ, & decisæ sunt omnes hujus processus questiones Rea absoluta. Ulyssipone 8. Setembris 648.*

Confirmatur omnia supra dicta, 205 quia Actori incumbebat probatio penitatis sine villa macula sanguinis hebraei ascendentis Eduardi non vero Rea licet tam Actor, quam Rea super dicta materia fecerint articulos, & probationes deduxerint; & ratio est quia Actor destitit per transactionem tot tantis que clausulis, & solemnitatibus corroboratam, Regia facultate

facultate firmatam, à maioratu, & comitatu contentus bonis sibi in transactione demissis, & hoc propter dubium litis eventum qui tamen consistebat in dicta maculae opinione, quæ transactio executione defuit, cum igitur Actor sit exclusus per dictam desistentiam, & transactiōrem, principaliter in hac lite intendit eam impugnare, & evertere, & sic principaliter tentatur probare dictum Eduardum, ab omni labe, & opinione maculae fuisse exēptum, ut tunc cessaret dubium in quo fundatur transactio dicta; videantur acta probantur quidem honores, sed non probatur puritas uniformiter sine contradictione, ut requiritur, cum testes deponentes de macula in jure Civili reputentur affirmativè, & pauciores sufficiunt, & per contrarium deponentes de puritate reputentur negativè, quia negant maculam, & non probant, quia possunt illam ignorare, alij autem scire, ideoque testimonia pro macula præferuntur testimonis pro puritate in terminis tradit *Escrivari.* de puritate sanguinis 1. p. quest. 8. §. 3. n. 70.

206 Ubi dictus Doctor dicto n. 70. disputat questionem, an quando fuerint probationes & queles pro puritate, & pro macula, quod in dubio magis est excludendus prætentor, quam admittendus, quod cum multis Doctoribus, quos refert, & sequitur in illis verbis.

Tum denique, quia in deferendis his honoribus puritatis, sicut & in mayoratibus, & fiduciocommissis, ita certa probatio requiritur ut per dubium conveniendum sit ad exclusionem potius, quam ad admissionem ex grato, &c.

Plane in hoc maioratu ex clausulis illius, & ex mente instituentium

admittendæ sunt personæ sine ulla macula capaces ad adipiscendos omnes honores Regni in quibus requiritur omnimoda puritas, & rejicitur reputatio, & dubium maculae taliter enim notatus non coaptatur ad dictos honores ut tradit *Escrivari.* de puritate sanguinis 2. p. quest. 9. §. 3. n. 86. Cum igitur ad huc vi-²¹⁶ sis actis dubium maculae durat, & persistat in quo fundata soit desistentio, transactio ipsius Actoris, si ipse defitit, & se exclusit propter dictum dubium cum consilio matris, & omnium proximorum consanguineorum, & dubium ad huc durat ipse sibi imputet cum hac distinctione, quod ante transactiōrem dubium maculae consistebat tantum in opinione, & hodie dictum dubium reductum est ad acta publica, quod sufficit ad confirmandam transactiōrem Rea ut supra absoluta Ulyssipone eadem die 8. Setembris 648.

Diogo de Gouvea de Miranda.

Ardaa, & difficilis proponitur 207 questio tam in ratione honoris, quam ratione opulentii matrimonij inter illustrissimas personas agitata, quam sapientissimi præcedentes Domini ita plenissimè, et difusè pertractaverunt ut nihil intactum reliquisse videantur, et nec nihil addendum supereft, sed tantum adebet latissimus, et ipaciosissimus eligiendi, et adscendi campus, et licet res evicta sit tamen incunto muni-
ti satisfaciamus, tentiam nostram ita breviter præferendam duximus.

Quo ad primam questionem, de 208 qua primus, et sequentes Domini deliberaverunt an Actor excludatur ab agendo propter Patris inobedientiam in nubendo cum Actoris ma-
tre non postulando, nec sequendo licentiam, et consilium contra ins-
titutionis dispositionem, partem oe-
gativam

gativam sequendam placet ex ipsorum metjuridicis fundamentis, quæ refferre non decet, nec nihil addendum restat, verior, et communior opinio est ne infringatur nubentium libera libertas et voluntas in nubendo contra Ecclesiasticas sanctiones.

209 Quo ad secundam quæstionem circa intellectum clausulæ institutionis maioratus, de quo contendit fol. 117. ibi *sendo cazaramento de que notoriamente a linhagem do que se caza recebesse deshonra, e detimento, &c.* Nititur Rea probare hanc notorietatem ignominiae, et detrimenti Castrorum illustrissimorum instituentium familiæ illati cum matrimonio contracto cum Domina Caterina da Silva matre Actoris, ex eo quod descendenter ex Eduardo Brandaõ, qui originem trahat, et ducat ex genere hebreorum, et hoc contendit ostendere tam ex testibus à fol. 476. quam ex documentis à fol. 754. et 91. et 99.

210 Perfectis dictis testibus non nulli illustrissimi, qui ferè peritiores sunt nobilium familiarum nihil certum, nihil notoriū ex eorum dictis colligitur ut in forma dictæ clausulæ reperiatur notorietas illa, quam dicta clausula exprimi; quæ debet oriri, et procedere in probatione notoria, sed tantum colligitur dubia incostans, varia, et vaga fama circa allegatam sanguinis impuritem dicti Eduardi Brandaõ, et dubior, et inutilior redditur ex Actoris testibus à fol. 264. qui fere omnes in hac fama vaga, et varia conveniunt.

211 Et dubium est quid diversum à notorio; nam dubius nihil scit, nihil disponit, et dubium nihil est ut ex multis tradit *Tuscius litera D. conclus. 800. cum aliis sequentibus, & dubius nihil credit cap. 1. de haeret,*

et ideo dubia probatio non dicitur probatio, imo contra probantem interpretatur ex multis tradit *Surd. decis. 260. à n. 9. cum sequentibus C. in præsentia de probat*, et ideo dubius regeneranti comparatur *Surd. decis. 265. n. 1. et ubi datur dubietas, non datur jus de qua agitur certitudo ut patet ex supra dictis.*

Notorium facti de quo agitur in **212** dicta clausula quod debet oriri, et procedere ex notoria probatione attenta verbi proprietate secundum juris dispositionem, est illud quod per evidentiam rei quæ tergiversatione aliqua celari non potest *C. ultimo de cohabit. clericorum, & de probat. probata ut ex multis tradit Mafcard. conclus. 1122. à n. 4. cum sequentibus, et verba testatoris debent naturaliter intelligi Mantic. de conject. lib. 11. tit. 8. n. 2. et verba testatoris, et leges eundem sensum recipiunt, idem Mantic. ubi proxime lib. 3. tit. 4. n. 16. & testatoris verba sunt formæ essentialis dispositionis, idem Mantic. ex multis ubi supra lib. 3. n. 2. & in potentiori significatu sunt accipienda, idem Mantic. ubi supra lib. 5. tit. 1. n. 6.*

Nec dicta notorietas clausulæ su- **213** pradicæ inducitur, & colligitur ex dispensationibus, quæ in dictis documentis contenentur, quia cum non sunt confessiones in judicio contraditorio probatae, non inducit notorietas attento iure secundum quod testatoris verba interpretantur ex supra dictis *C. ultimo de cohabit clericor*; nec aliis de familia prejudicat ut fere in terminis ex aliis tradit *Lara de Capel. lib. 2. cap. 4. à n. 32. cum sequentibus.*

Et hoc maximè cum sanguinis puritas perfumatur, & qui impuritatem allegat illud probare tenetur ex multis *Farinat. civil decis. 182. n. 4. & decis. 167. n. 31. & n. 39. cum*

cum sequentibus, & numquam censetur rejectus ille de cuius sanguinis impuritate non constat, idem Farnat. ubi supra decis. 185. n. 5. & decis. 196. n. 3. cum sequentibus.

214 Et cum Rea tanquam Actor teneatur fundamentum suæ defensionis probare sicut Actor ex L. 1. ff. except. L. siquidem L. non exceptionibus Cod. eodem, & tunc venit Actor absolvendus à Reæ allegatione etiam si nihil præstiterit, cum Actor tallem sanguinis puritatem in suo libello reivendicationis non proposuit, nec tenebatur, quia tunc quando ab admittendo est probanda sanguinis puritas tanquam Actor etiam si in negativa consistat ex multis Lara ubi supra lib. 2. cap. à n. 84. & si dubitatur, & dubia sit probatio non admittitur, quia contra illum fit interpretatio Lara ubi supra n. 36. cum qualitas requisita sit per allegantem probanda Valasc. cons. 74. n. 9. Lara ubi proximè n. 22. quod in præsenti non contigit siquidem sanguinis impuritatem allegavit, & illam non plenè probavit L. quod tenebatur tanquam, qui etiam si nihil præstiterit, erat à tali allegatione absolvendus.

215 Et caute Pendoris Institutæ usus fuit verbo illo, *notoriamente*, quod est verbum attento jure determinatum in dicto Cap. 1. de Cohabit. cleric. ne contingeret aliqua dubitatio, & veniret ad judicis arbitrium ex L. voluntatis Cod. fideicommiss.

Et etiam quia multæ sunt familiæ Portugaliæ, & Castella illustrissimæ, quæ hoc vitio dubitationis & vagæ famæ laborant, & tamen illarum illustres descendentes non excluduntur à sublimioribus dignitatibus ecclesiasticis, & secularibus propter urgentissimam præsumptionem, quæ videtur in contractis matrimonij cum aliis illustrissimis fa-

miliis per quod excluditur dicta dubietas, & vaga fama, & incertitudo, & voluntatis morientium colligimus ex arbitrio viventium ex aliis Mantic. ubi supra lib. 3. tit. 2. n. 6. & ita arbitrantur quam plurimi illustrissimi testes pro Actore.

Et etiam si daretur sine vero pre-juditio quod institutor, si vivus fuisset, nec etiam hanc vagam famam, nec dubia, & varia admitteret; adhuc contrarium erat dicendum, quia in claris non est necessaria conjectura, cum verba sint expressa, ibi *notoriamente*, quæ verba nunquam possunt intelligi contra descendenter präcipue cum expresse per verba clarum admittatur, quando tantum daretur vaga, & incerta fama, cum verba testatoris sunt proprie, & in futuro significatu intelligenda, & ita nec facit declaratio illa illustrissimi Comitis propter supra dicta & ex L. ab eo Cod. fideicommiss.

Circa tertiam questionem de transactio[n]e fol. 533. quam resert, & de qua agit Actor in suo libello, res est manifesta pro Actore cum sic facta super divisione majoratus, illius que alienatione extra lineam ubi ingressa fuit successio, & sit facta contra legis, & testatoris prohibitionem ex quo oritur notoria nullitas, cum transactio sit alienationis species, quæ in rebus alienari prohibitus non admittitur nisi majoratus maneat apud successores legitimos ex multis Molin. de primog. lib. 4. cap. 9. à n. 8. & n. 18. versic. similiter.

Et quod sit prohitum res maioratus alienari, etiam rusticis est notum, nec per illam alienationem transfertur dominium, quia est alienatio ipso jure nulla ex multis Petrus de Petra de fidei commiss. quæst. 14. n. 309. Molin. ubi supra lib. 1. cap.

cap. 12. à n. 33. & cap. 16. n. 32.
 & lib. 4. cap. 1. n. 6. & 62. Mieres de
 maioratu 4. p. quæst. 1. à n. 1. cum
 multis sequentibus Cald. L. 1. recept.
 quæst. 25. à n. 2. cum multis seqq. &
 62. Peregrin. de fideicommiss. articul.
 40. n. 5. Ord. lib. 4. tit. 11. §. 11. expli-
 cat. Cald. ubi proximè n. 8. cum se-
 quentibus ex L. finali Cod. rebus
 alien. non alienaud. ibi sive lex alie-
 nationem inhibuerit, sive testator
 hoc fecerat, &c. Gom. lib. 40. n.
 8. versic. vigentesimo septimo Ga-
 briel Pereira decis. 52. à n. 8. cum
 sequentibus Guttier. in repetitione
 legis nemo potest à n. 24. cum se-
 quentibus ff. legat. 1.

219 Et ratio quia testatoris dispositio,
 & prohibitio habet vim legis Auth.
 de nupt. §. disponat. testator, & erit
 lex. & ibi nullo valente extra illius
 voluntatem, nec si sacram impetrat
 formam, nec si quis aliud omnium,
 aliquid aliter disponere valet, quia
 potestas hæc testandi descendit, &
 procedit à jure naturali ex multis
Negreiros introduct. ad ultim. co-
 lumn. lib. 1. cap. 2. à n. 5. cul mul-
 tis sequentibus latus Ægid. in lib.
 1. à n. 1. cum multis sequentibus Cod.
Sacrosanct. Eccles. Cald. cons. 4. à n.
 21. Reinos. observat. 7. n. 31. Pere-
 grin. articul. 52. n. 117. & hanc
 potestatem testandi confirmavit alia
 lex civilis.

220 Actus, qui fit contra legis pro-
 hibitionem, est ipso jure nullus, ac
 si factus non fuisset L. iubemus §. sa-
 ne ibi ea quæ contra leges fiunt pro-
 infectis habenda sunt Cod. Sacro-
sanc. Eccles. L. non dubium Cod. de
 legib. quia facta sunt, quod non
 fuisset factum nulliter factum L.
 non putavit §. non quævis ubi Bartol.
 ff. bonor. possess. contra Tab. lib.
 1. §. quod ante ubi Bald. ff. offic.
 pact. Urb. L. quoties ubi Jas. ff.
 qui satis est cogi adeo quod per con-

tractum secundo loco factum non
 censetur discessum à primo si secun-
 dus sit inutilis & nullus L. juris
 gentium §. sed si fundandi ff. de pact.
 & hoc generaliter procedit tam in
 contractibus, quam in ultimis vo-
 luntatibus ut super priores sustine-
 antur dispositionis, si secundæ nu-
 llæ proponantur ex multis tradit
Surd. decis. 51. à n. 12. cum sequentib.

221 Et adeo nulla est talis alienatio
 quod rescissione non indiget Cod. in
 quibus caus in integ. restitut. non est
 necess. ex aliis *Surd.* decis. 70. n. 10.
 & ideo postea nati, & vocati ad-
 mittuntur ad alienationis revoca-
 tionem ac rei alienatæ reivendicatio-
 nem propriam L. peto §. pactum ff.
 legat. 2. L. ult. Cod. verbum tra-
 dit. Peregrin. articul. 22. n. 75. ver-
 sic. Verum Latinus Pinel. iu Auth. ni-
 si triennali à n. 54. cum sequentibus
 Cod. bon. matern. & ita cum dicta
 transactio sit facta contra expressam
 testatoris, & legis prohibitionem
 non excluditur Actor à sua reiven-
 dicatione intentata accedentibus ur-
 gentissimis fundamentis adductis à
 sapientissimis Dominis quorum op-
 nionem sequor, & quæ adducit
Petrus de Petra dicta quæst. 14. n.
 300. & ex dicta lege ultim. Cod. reb.
 alien. non alienand. ibi testator inhib-
 uerit. L. cum pater §. libertis ff. lo-
 gat. 2. L. tutela Cod. administrat.
 tut. lib. 2. Cod. qui non possunt ad li-
 bert. perv. L. contra voluntatem Cod.
 testam. man. L. voluntas Cod. fidei-
 commiss. Cald. recet. quæst. 25. lib.
 1. à n. 8. cum sequentibus Molin. lib.
 4. cap. 1. n. 2. versic. sed quanvis.

222 His sic resolutis jam intentatam
 reivendicationem probatam satis sci-
 mus ex Reæ ore siquidem non infi-
 cit Actorem institutoris descendere,
 & ex primogenito ultimi possessoris
 filium, & tunc competit ei dicta
 reivendicatio per quam successores
 maio-

majoratum illum in iudicio petunt ex aliis Gom. lib. 45. à num. 1. cum sequentibus Molin. Theologus disputat. 636. n. 1. Molin. de primog. lib. 1. cap. 1. à n. 17. cum sequentibus Valasc. conf. 194. n. 7. cum illo iure quod per se acquisivit sublato de medio antecessore, ubi natus fuit in habitu per institutoris majoratus vocatione laté ex multis Molin. ubi proximé à n. 17. cum sequentibus, & ante illum Paul. de Castro conf. 164. n. 5. versic. melius L. 64. Menoch. conf. 106. ex n. 396. volum. 2. Mieres 4. p. quæst. 1. à n. 130. & 131. & ita cum præcedentibus Dominis Ream condemnare ad restitutionem petiti majoratus Ulyssipone 14. Octobr. 648.

Almeida.

Spiritus Sanctus inspiret ut proferam veritatem.

223 Quatuor principalioribus fundamentis nititur Rea A. Antonij intentionem deductam in libello fol. 8. usque ad 14. & in replica fol. 139. usque ad 156. evadere quæ per extensum expendit doctus ejus patronus tam in articulis exceptionum rei judicatæ, & litis finitæ habitis pro contrarietate fol. 60. quam in aditamentis ipsius contraritatis fol. 66. usque ad 86. & in replica fol. 194. quorum merita per totam hanc actionem examinare laboriosum, sed non difficile reputo, si cuncta rimentur.

Primum fundamentum enascitur ex clausulis institutionis de quo agitur fol. 116. in principio, ibi: *e cazando a filha, ou ainda que seja filho barão que este morgado houver de haver sem licença de seu pay, ou de sua máy, quando pay não tiverem, que o dito pay ou máy lhe possa tirar a administração,* e

Pars III.

dala a cada hum dos outros filhos, & ibi e dem fol. 116. in fine, & principio fol. 117. E naõ tendo as ditas mulheres assim solteiras como viúvas pay, ou máy a que pessão licença para seu cazamento. serão obrigadas, a cazar com concelho de dous parentes honrados, e dos mais chegados, & ibi dicto fol. 117. veri. in fine, porém em nenhum caso podera o filho, ou filha posto que maior de vinte e cinco annos cazar sem as ditas licenças, e concelho assim dito sob as mesmas penas.

Et elucidatur duabus resolutis questionibus in jure fatis metis. Prima, an conditio seu clausula de non nubendo sine licentia, & consensu parentum, & consanguineorum rejiciatur ab institutione majoratus an ad implenda veniat. Secunda, an conditio de non nubendo sine consilio parentum, & consanguineorum, respuenda sit, an amplectenda, ita ut illis non adimplatis à successoribus futuris successionis non detur ingressus; sed in limine prædictarum resolutionum aliqua ut præjudicialia respectu maioris declarationis sunt pernotanda, & ventilanda tam in facto, quam in jure; & primum, quod Ferdinandus Actoris pater primogenitaram obtinuisse inter reliquos D. Jacobi filios, & quod quanvis Ferdinandus prædictus alios procreasset filios tantum Avo Jacobo possessor supervixit Actor Antonius ut affatim constat ex investitura majoratus fol. 104. & scriptura transactionis fol. 533. & per testes feré omnes utriusque inquisitionis à fol. 264. usque ad fol. 341. & 476. usque ad 522. secundó, quod Ferdinandus pater Actoris matrimonium contraxit cum Domina Catherina invictis, & renitentibus parentibus, & consanguineis

T.

neis proximioribus, & sic non petitio consensu, aut licentia seu consilio illorum prout prærequisit institutio fol. 116. & declaratio Ferdinandi senioris fol. 127. & 130. ut ex confessione Actoris in libello, & contrarietate. Tertio, quod institutores maioratum possunt in eorum investitura, seu institutione apponere quascumque conditiones, clausulas, & modos, dummodo licetæ, et honestæ non verò juri contrariae sint L. 1. tit. 28. posta 3. Menoch. consil. 57. n. 5. & 169. n. 5. & præsumptione 83. n. 13. Guterr. consil. 1. n. 1. & consil. 2. n. 1. Surd. consil. 362. n. 31. & decis 62. n. 6. Valasc. consult. 153. n. 3. & 23. Cabed. decis. 62. n. 6. Valasc. consult. 153. n. 3. & 23. Cabed. decis. 31. n. 5. & 6. 2. p. Peregrin. articul. 11. n. 77. putes Golgantius de cond p. 1. cap. 8. n. 56. Lara de anniversariis 2. p. cap. 1. n. 21. argumento legis nemo potest legat. 1. ubi Guterr. prout in aliis bonis propriis liberis, & in traditionibus 49. ff. de pactis, & legem 10. Cod. eodem titulo cum aliis congestis à Fabro de conditione 57. errore 9. Pronelius in L. si ita quis §. ea lege verborum n. 3. Hotomanus observ. 5. Aurelio 3. sententiarum cap. 24. Conano 5. cap. 3.

Quarto, quod institutores Jacobus, et Domina Leonora licentiam, consensum, seu consilium in tua institutione ex gere sub conditione, si quidem usi fuere illis verbis fol. 116. in fine, et principio fol. 117. e naõ o tendo, et alibi fol. 117. vers. in fine porém em nemnum caso, et melius fol. 116. vers. ibi, ecazando quæ in gerundium, et ablativum absolutum sonant, et sic conditionem important, ut de gerundio attestatur dictus Consultus in L. sicut ex parte ad finem acquirenda hæreditate junctis Bartoli opinionibus Cod. edendo, ubi

etiam plene Alexander idem Bart. in extravaganti ad reprimendam versic. nec ex earum Aetinus, & Joannes de Plateia innibi Inst. actionibus ubi Jason 7. column. ad finem Decius conf. 433. multos referens Golgantius de condit. p. 1. cap. 89. à n. 180. de ablativo absoluto & à testatore ff. condit. & demonstrat cum aliis iuribus de quibus regula 1. Suecimus Corrasius 6. missalaneorum cap. 14. Menoch. consil. 695. n. 12. Rictius 1. p. decis. 107. vel 117. in principio, Tuscus litera A. conclus. 22. & litera C. conclus. 593. n. 20. & 36. communis opinio lib. 6. tit. 34. n. 11. Barbos. soluto matrimon. 6. p. à n. 39. Ripoli Acatius de cond. 4. p. à n. 10. Quinto et ultimo quod adimpletis conditionibus, seu clausulis idem importantibus per successores maioratum ad ungu m, et informajuris privantur successionibus ipsorum ex regula Legis cedere dum 13. de verborum significatione, L. 3. versic. aut impleta de bonis libertorum junctisque Surd. consilio 278. n. 10. Peregrin. 4. consil. 71. n. 8 & de fidei-commissis articul. 16. n. 115. Farinat. quæst. 48. n. 3. communis opinio lib. 4. tit. 43. n. 20. Castilho lib. 4. cap. 55. n. 6. cum sequentibus Gratian. cap. 256. n. 35. Fusarius de substitutionibus quæst. 1. & consil. 196. n. 37. Molin. 1. & vere tractatu 2. disputat. 284 n. 4.

His prælibatis circa primam quæstionem principalem priori fundamēti dicendum est Ferdinandum parentem Actoris non teneri ad obseruationem prædictæ conditionis, et clausulæ, neque per consequens illa non adimpta petitio consensu, seu licentia patris Jacobi, seu consanguineorum fore expelerendum à successione maioratus (quidquid repugnat verba clausulæ fol. 116. vers. ibi: Sem a dita licençā, et 117. in fine ibi sem

as ditas licenças) ratio est in promptu, nam prædicta conditio, ut possessor maioratus non nubat nisi de consensu, seu licentia patris, aut matris, seu consanguineorum ut posse impeditiva matrimonii rejicitur ab institutione maioratus (illa pura, et simplici remansione) ut advertit Costa in §. si arbitratu ampliatione finali n. 13. Molin. 2. cap. 13. n. 35. Pater Molina disputationibus 14. n. 4. Surdus de alimentis tit. 1. quæst. 6. n. 9. Tuscus litera M. conclus. 134. n. 27. Gam. decis. 314. n. 3. Sanches 1. de matrimonio disput. 34. n. 22. Gutterre de matrimonio cap. 21. n. 23. Cabed. 2. p. decis. 31. n. 4. Acatius in L. titio 100. §. titio 1000. 1. à n. 87. plures Castilh. lib. 5. controversiar. cap. 126. à n. 2. cum sequentibus novisse Angelo Botio. de matrimonio cap. 11. à n. 517. usque ad 543. ratio illius rationis est, quia matrimonia libera esse debent, neque possunt pendere aliena voluntate, et ita

226 alterius quam contrahentis utriusque juxta legem Titia 133. de verborum cap. cum locum de sponsalibus Concilio Tridentino de reformatione quæst. 24. cap. 9. plura Olea adducit Cov. de Sponsalibus 2. p. cap. 2. §. 8. Menoch. consil. 69. n. 25. & 322. n. 4. & 425. n. 6. & 1083. & casus 45. n. 7. & lib. 4. presumptione 189. n. 7. Suares de matrimonio n. 26. Sanches lib. 1. disput. 3. Gutterres de matrimonio cap. 20. & cap. 117. communis opinio lib. 4. tit. 2. n. 16. Tuscus litera M. conclus. 133. cum sequentibus Conano 8. cap. 2. n. 5. plus res Acatius in lege Titio 100. §. Titio 1000. 1. n. 120. Angelo & Castilho locis citatis. Plane si Ferdinandus obstringeretur ad consequendum consensum, seu licentiam patris Jacobi, et aliorum de quibus in clausulis institutionis ad nubendum cum Catherina, jam libere nubere non di-

Pars III.

cebatur, ito ad impossibile, et tunc de jure obstringebatur, quod non est dicendum civiliter ex Lege conditiones 13. de condit. inst. & non dubitamus de condit. & demonstr. & turpia legatis 1. junctis que Molin. 2. cap. 13. n. 39. Cost. 1. Selectat. cap. 3. n. 2. Cabed. dicta 2. p. decis. 31. n. 3. et quæ supra relata. Facit quod non solum illa conditio non nubendi de consensu, seu licentia parentum, aut aliorum selet ab institutione maioratum, sed qualibet alia etiam impeditiva matrimonii Menoch. cons. 322. n. 42. Golganetus de cond. 2. p. cap. 8. à principio, Suares de matrimonio à n. 21. Manatic. 11. de conjectur. tit. 18. n. 1. Molin. disputatione 207. n. 4. Marta de jurisdictione casu 70. n. 8. Rictius 2. p. collectaneo 564. Costa in §. si arbitratu feré per totum Gutterres 1. canoniquar. cap. 32. n. 3. & lib. 2. caps. 25. de matrimonio cap. 21.

Quæ resolutio ampliatur ut non 227 solum habeat locum quando maioratus instituuntur cum prædicta conditione per ultimas voluntates, sed etiam per contractus ut in praesentiarum fol. 116. ut expresse tenent Stephanus Betrandus consil. 348. Cancer variar. tit. de pactis cap. 7. n. 304. Cabed. 2. p. decis. 31. ex. n. 4. & 5. Molin. de primog. lib. 2. cap. 12. n. 4. in fine ibi primogenitor. juncto cap. 13. à n. 35. versic. in primo Angelo Botio de matrimonio §. 11. n. 476. & n. 534. referens ad propositum quæ Baldus in L. dictam Cod. cond. ob causam censit Castilho novissime de justitia & jure lib. 2. 4. p. tractat. dubio 12. n. 226. qui omnes adducunt, & similitudinem Cod. cond. causa data, & melius explicat alia congerens noviter Durandus de cond. impossibilibus 4. p. caps. 1. à n. 8. & 13. et considerari potest quod Doctores supra relati indistin-

Eté rejiciuntur conditionem non nubendi nisi de consensu, et licentia parentum, & aliorum ab institutione maioratus nullam facientes distinctionem, quo ad hoc inter ultimam voluntatem, et contractum, sic reprobatis illis Doctoribus, qui dicunt predictas conditiones ut impossibles vitiare predictas institutiones per contractum factas ut est Durand. ubi supra dicto cap. 1. per totum fere Botio §. 10. n. 89. & §. 114. n. 72. Molin. dicta disput. 206. conclus. 1. & 285. concl. 2. Castilb. à num. 224. Acatius in lege obtinuit cond. & demonstrat. n. 46. & 47. & 72. & 76. Galganetus de cond. 1. p. cap. 2. n. 8. et aliis qui neque vitiari dicunt predictam conditionem positam in contractibus ut Ægid. in L. Titia 1. p. n. 11. & p. 3. n. 6. Costa in §. si arbitratu limitat. 2. n. 3. legis cum tale de cond. Durandus dicto cap. 1. n. 2. Sanches de matrimonio lib. 1. disp. 34. n. 1. sentit Molin. de justitia tractatu 2. disput. 285. que ampliatio ut frequentius in praxi recepta magis placet absque eo quod necessarium sit recurrere ad subterfugium Molinæ dicto cap. 12. n. 35. dum similes conditiones positas in institutionibus maioratum modos vocat, qui etsi impossibles rejiciantur à contractibus ex Gloss. finali ex cum donationis 34. de transaction. ubi Padilb. n. 8. Sarmentus lib. 2. Selectar cap. 3. n. 13. Golganetus de cond. 2. p. cap. 3. quest. 13. n. 1. Parladorus differentia 147. n. 14. Tuscus litera M. conclus. 293. num. 38. Molin. disputatione 612. Carrotius de locato tit. de impossibilitate n. 9. Durandus 3. p. cap. 2. n. 1. non tamen inducuntur per illa verba de quibus institutores usi fuere ut conferunt omnes Doctores suda relati.

228 Neque obstat quod illicita non censetur conditio seu clausula nu-

bendi de consensu, et licentia patris cum secundum jus odio filij neantur sub peccato mortali Antonius Thesauris decis. 7. n. 7. Hachineus 3. cap. 24. plures additio ad Sicarium de matrimoniis n. 17. Sanches lib. 4. de matrimonio disput. 23. à n. 2. Gutterres eodem tractatu cap. 79. à n. 16. Barb. 4. p. lib. 1. n. 36. in fine soluto matrimonio Cevathus quest. 604. n. 33. juxta Capchorat. 23. quest. 2. cap. 1. de dispensatione in puberum, idque propter gravitatem materie Menoch. consilio 69. n. 27. & ita etiam peccabit filius si consilium patris neglexerit Gutterr. 1. Canoniquar. cap. 20. n. 12. & 38. Menoch. supra n. 19. Concilium Tridentinum de reformatione Sectione 24 c. 1. non excludit parentum consilium Menoch. supra n. 23. Gutterr. n. 4. & 8. & revera multa nascuntur in commoda ex matrimonio sine licentia parentum contracto Pelaes de maioratu quest. 50. num. 7. L. final. tit. 3. part. 4. adeo ut si relictum fuerit legatum mulieri si nuperit cum Petro, & illa cum alio contrahat ex iussu patris, non proinde amittit legatum Mantic. 11. de conjectur. tit. 18. n. 46. Sanches disput. 23. n. 13. de matrimonio Gutterres tractatu cap. 20. n. 11. Pelaes 1. p. quest. 50. Cov. sponsalibus 2. p. cap. 3. §. 8. n. 2. & quodammodo offenditur patria potestas si proponatur matrimonium contractum sine consensu, & licentia patris Menoch. cons. 69. n. 33. & contra bonos mores est ut saltem de honestate non requirebatur predictus consensus, & licentia Cov. 2. p. de sponsalibus cap. 3. §. 8. num. 1. Surd. de alimentis quest. 6. n. 3. & 29. tit. 1. adeo quod de iure civili nullum dicebatur matrimonium sine licentia patris celebratum Antonius Thesaurus decis. 70. n. 4. Sicanus de matrimoniis n. 40. ubi plures additio Gutter-

Gutterres 1. Canoniquar. cap. 20. n. 1. & lib. 2. cap. 1. n. 3. Pelaes de maioratu quæst. 50. n. 7. Guibertus 1. quæstionum cap. 12. juxta L. si ut proponis Cod. de nuptiis §. 1. inst. eodem, licet contrarium sit de jure Canonico cui standum est Menoch. dicto consilio n. 20. & casu 453. n. 6. Corrasius 1. missalanea. cap. 17. Gutterres de matrimonio cap. 69. juxta cap. cum locum 14. cap. cum apud 25. de sponsalibus Concilium Trident. de reformatione sectione 24. cap. 1. adeo ut de jure antiquo poterat filius exherdari nubens indigne sine licentia patris L. 3. §. si emancipatus destrabulos, facit L. si patre cogente 22. de ritu nuptiar. Quia respondetur ad multum in contrarium dicta conclu-

229 dunt quod filius nubens sine licentia, & concensu patris peccabit, interim tamen cum hujusmodi conditio non nubendi sine consensu, & licentia patris sit impeditiva matrimonij omnino rejicienda Gutterr. dicto cap. 79. n. final. textus in dicta lege si patre cogente ultra quintum diem ea quæ Curat. 16. observat. fin. Cov. sponsalibus 2. p. cap. 3. §. 6. n.

232 3. Sarmentus 2. selectarum cap. 11. n. 7. Sanches 4. de matrimonio disput. 22. & sequenti Gutterres 1. Canonistarum cap. 20. & de matrimonio cap. 79. procedit qui juste pater edgit naturali, & paternali coactione, & increpatione filium prout potest licitis modis Menoch. conf. 69. n. 36. Sanches disput. 22. n. 5. Gutterres dicto cap. 20. n. 9. & dicto cap. 79. n. 6.

230 Neque etiam secundò obstat quod eadem datur ratio quando in institutione maioratus, apponitur clausula de non nubendi nisi de consensu, & licentia parentum, quæ datur si opponatur conditio si placuerit patri

231 cum verba placuerit videatur denotare liberam voluntatem, ut impor-

tat verbum libuerit L. fideicommissaria 46. de fideicommissariis libertatis, sed sic est quod proponatur clausula, seu conditio si placuerit 232 patri talis conditio honesta censetur, & deinde non rejicitur ab institutione maioratus Menoch. consil. 69. n. 42. presumpt. 3. consil. 27. n. 16. L. 3. tit. 1. part. 4. & ibi Gregorius Lopes Sanches 1. disput. 7. & 8. Gutterres 1. Canonicor. cap. 20. n. 16. juxta cap. super eo 5. cum sequenti & ibi Doctores de condit. appositis inspeclio Barb. in collectaneo ad eundem textum n. 5. Unde videbatur idem dicendum de conditione si nuplerit de consensu, & licentia patris; nam respondetur quod licet verbum libuerit importat liberam, & absolutam voluntatem, idem dicendum de verbo placuerit Bart. quem refert, & sequitur Gerardus Singular. 6. n. 7. Brunus à sole verbo verba n. 30.

Neque replicari potest quod licet 234 supra dictum vetum sit tamen verbum placuerit faltem importat arbitrium boni viri Gerardus, & Brunus supra Tuscus litera D a secunda conclus. 152. n. 40. juxta L. Thais 41. §. sororæ de fideicommissariis libertatis, quemadmodum dicitur de conditione si patri videbitur dicta L. fideicommissaria §. 1. unde censetur matrimonium pendere à voluntate patris, cui placere debet tale matrimonium, & quanvis hec voluntas regulari debet secundum arbitrium boni viri, tamen moram, gravamen, & coactionem producit, ex eo præcipue quoniam tale arbitrium à filio sequi debet, Menchaqua 3. controv. vertiar. cap. 94. n. 14. Molin. 2. cap. 13. n. 35. Cost. in §. si arbitratu ampliatio final n. 7. Sanches 1. disput. 24. n. 19. Unde conditio si placuerit patri non rejicitur juxta relatos licet importet arbitrium boni viri, ita etiam rejicienda non est conditio si

si nupserit de licentia patris ab institutione maioratus siquidem verbum licentia importat etiam arbitrium boni viri secundum quod regulari debet predicta licentia Menoch. præsumpt. 188. n. 14. & de arbitraris quest. 7. n. 14. & quest. 8. n. 45. Matienso L. 14. tit. 4. gloss. 1. n. 15. Sanches 8. de matrimonio disput. 8. n. 12. facit L. 1. Cod. nuptiis ibi arbitrium Præsidis Provinciæ necessarium esse, sed huic objectioni respondetur quod conditio si nupserit de consentu patris denotat liberum consensum ejusdem Costa in §. si arbitratu ampliatione finali, argumento L. illa Inst. hæred. Inst. non ita de conditione si placuerit patri, quæ verificari potest etiam post matrimonium celebratum, consensus vero præcedere debet argumento §. 1. de nuptiis, ibi consensus præcedere debet L. si quis mihi bona §. jussum acquirend. hæredit. rursum conditio nubendi de licentia, & consensu parentum verificari debet expresse prout regulariter, expressio licentiae requiritur, ubi à jure desideratur Ajeved. L. 2. tit. 3. lib. 5. à n. 18. & lib. 3. tit. 7. lib. 5. n. 1. Menoch. casu 454. n. 24. Tuscus litera E. concl. 352. n. 1. Tiraquellus post leges conubiales gloss. 7. n. 8. Sanches 3. de matrimonio disput. 35. n. 16. Cevalhus quest. 64. n. 113. non ita de conditione si placuerit text. autem in dicta L. 1. Cod. nuptiis tantum admittit arbitrium Præsidis ut cedetur discordia inter tutorem, & matrem pueræ cujus voluntas libera supponitur.

236 Tertio etiam non obstat promissio, quam Ferdinandus junior pater Actoris fecit fol. 674. ibi, e naõ carregar com nenhuma pessoa sem consentimento de meus pais, e de meu avô, e do Senhor Arcebispo, quasi haec promissio de non nubendo sine consensu parentum aut licentia posita à

nupturo non rejiciatur, & obliget, & si in vim conditionis imponatur ut quintus Dominus arguit, & sequitur elegans textum in Cap. super eo 5. & sequenti pro expresso, & Sanches 5. de matrimonio disput. 6. per totam quia habita venia tanti viri contrarium mihi placet ex dictis proximè, nam certum est quod in matrimonio contrahendo conditio impossibilis si 237 ve de natura, sive de facto, aut jure rejicitur & si opponatur abstrahentibus juxta Cap. final. cond. oppositis late Acatius Repoli ad lib. 3. de cond. à n. 81. cum sequentibus Molin. de ritu nuptiar. cap. 26. à n. 114. Cov. de Sponsalibus cap. 3. §. 2. 2. p. Sanches de matrimonio disput. 3. Guterr. eodem tractatu cap. 81. Costa 1. selectarum cap. 8. n. 31. & in §. si arbitratu ampliatione 2. n. 3. Angelo Botio de matrimonio cap. 10. feré per totum Durandus de conditionib. impossibilib. 4. cap. 6. n. 1. & 6. & 11. & 35. & quanvis omnes de ratione contendant, illa tamen magis placet quod matrimonium cum sit Sacramentum, non præsumitur jus talem actum velle insonum facere, ac deinde conditio impossibilis posita in 238 eo rejicitur, & consensus contrahentium regulatur secundum jus capitilis finalis, sed illa conditio, quæ educitur ex promissione Ferdinandi est impossibilis de jure ut impeditiva libertatis, quæ in matrimonio pro substantia requiritur prout late dictum est: ergo neque posita à nupturo debet impleri, imo rejici ut imposta à quocumque tertio neque tunc officit text. in dicto cap. super eo 5. & sequenti quia predicta jura in tantum non aprobat talem conditionem etiam appositam à nupturo, quin potius reprobant si bene præscrutantur, & examinantur, locuntur tantum in conditione si placuerit patri ut Gloss. & DD. ibi autem & Guterr.

& expresse tenet *Sanches à quinto Domino allegatus dicta disput.* 6. & omnes in resolutione secundi argumenti citari.

239 Ultimò non obstat quod Ferdinandus Senior in declaratione fol. 130. disposuit quod si Ferdinandus ejus nepos pater Actoris nupsisset Catherine p̄ædictæ amitteret successionem majoratus ut oīte sine consensu, & licentia parentum nubens, quia respondetur, relata illa disputatione an ipse ut institutor post constitutum majoratum, vel ut postessor potuisse conditions novas adjicere, vel veteres aumentare de quo, quod ipse Ferdinandus etiam si institutor etiam reputetur non potuit apponere talem privationem majoratus ut sic Ferdinandus minor metu pœnæ, aut lucri ambitionis liber in contrahendo matrimonio non presistat, quod à jure est reprobatum ex eadem ratione quia matrimonia debent esse libera ut probat *L. Titio* 100. §. 100. & 1. de conditionib. & administrat. dum decidit quod legatum relictum aliqui ne nubat mæviæ valet illa adjectio ut impeditive matrimonij ut tenet *Bart. & Molin.* ibi relati per *Riclium Collectaneo* 1568. *Menoch. consil.* 425. & 1083. *Mancinus* 6. observat. 31. n. 3. *Surd. de alimentis tit.* 1. quest. 6 *Golganetus de condit.* 1. p. cap. 8. n. 1. *Marta jurisditione casu* 70. n. 15. *Mantic. de conjectur.* 11. tit. 18. n. 2. & 33. *Molin. 2. cap. 13. n. 1. Sanches de matrimonio disput.* 33. n. 6. *Gutterres eodem tractatu cap. 20. n. 4. Tuscus litera M. conclus.* 134. n. 5. *Costa in §. si arbitratu ampliatione finali n. 12. Gam. decis.* 314. n. 2. *Cardedo 2. p. decis.* 31. n. 2. et quando auferatur libertas eligendi matrimonium præter actionem denegat ut contra bonos mores juxta *L. Titio*

134. verborum L. final in fine *Sponsalibus Riclius Collectaneo* 1570. *Sanches disput.* 30. *Gutterres cap.* 17. à n. 1. de matrimonio deducitur ex L. 2. juncta L. ex eo *Lod. in utilibus*.

Secunda quæstio primi argumen^{ti}, nempe an conditio de non nubendo sine consilio parentum, aut consanguineorum sit responda an amplectenda si in institutione majoratus inveniatu; contra Ferdinandum resolvitur, siquidem nupsit Catherine non petito consilio parentum, aut consanguineorum, illis invitis, et renitentibus ut constat ex confessione Actoris suis in articulis libelli et contrarietatis locis assignatis in primæ quæstionis resolutione, nam ipse Ferdinandus ut successor majoratus hujusmodi tenebatur obedire clausulis in ejus investitura stabilitis juri non contrariis, et ita petere p̄ædictum consilium alias omni lucro privari debet ut dederit ex lege cum tale 79. §. *Mæviæ de condit. & demonstrat penitisque Menoch. consil.* 79. n. 29. *Suares de matrimonio à n. 23. ubi plures additio Golganetus de cond. p. 1. cap. 9 n. 3. Pelaus de maioratu quest. 50. Tuscus litera M. conclus.* 134. n. 12. 15. & 30. *Marta casu* 70. n. 12. *Sanches de matrimonio disput.* 24. n. 24 & lib. 4. disput. 25. n. 4. *Pascalis de iuribus patriæ potestatis p. 3. cap. 2. n. 10. Palarius in cap. per vestes no[n] clatu 3. §. 3. n. 8. Molin. de justitia disput.* 614. n. 4. *versic.* si autem conditio, alios refert Durandus de conditionibus impossibilibus 2. p. cap. 3. n. 76. multos Angelus Botius de matrimonio §. 11. n. 518. *Castillo dicto cap. 126. n. 14. Acattus in L. Titio* 100. §. *Titio* 100. n. 54. siquidem hæc clausula, et conditio est sanior illa de qua in prima resolutione,

solutione, *Menoch. consilio* 8. n. 1. *Peregrin.* 4. *consil.* 21. n. 85. *juxta L.* nec in ea 22. *versic.* sed quid est ad legem julian. de adulteriis.

241 Neque obstat quod eadem datur ratio in clausula, et conditione nubendi cum consensu, et licentia patris, aut matris seu parentum, quæ datur in clausula, et conditione nubendi cum consilio ejusdem, siquidem utroque casu impeditur, et differtur matrimonium *Costa* in §. si arbitratu *faalentia* 11. n. 4. *Menoch.* 6. *præsumpt.* 34. *in final.* *Pelaus de maioratu* 1. p. *quest.* 50. n. 6. præcipue quando magnum periculum datur in petitione consilij; sed conditio, seu clausula nubendi de consensu aut licentia patris, matris, aut parentum rejicitur ab institutione maioratus instituti tam per ultimam voluntatem, quam contractum (juxta supra dicta,) ergo etiam debet rejici clausula, seu conditio nubendi de consilio eorum, quia respondeatur quod in his terminis verbi gratia quando apponitur in institutione maioratus seu dispositione alia ut consilium petatur per nupturos à patribus, vel matribus, vel consanguineis proximioribus consilium prædictum tantum peti debet, et non sequi per filium, aut alium ideo non aufertur libera voluntas ut circa maioratus institutionem, tenet *Menoch. dicto consilio* 69. n. 17. & 322. n. 43. & *lib.* 6. *præsumpt.* 34. n. 29. *Suares de matrimonio* n. 23. *Menchaqua* 3. *controvertiar. cap.* 94. n. 14. *Mantic.* 11. *de conjectur. tit.* 18. n. 1. *Molin.* 2. *cap.* 13. n. 36. *Golganetus de condit.* 1. p. *cap.* 9. n. 3. *Pelaus dicta quest.* 50. n. 4. *Sanches* 1. *disput.* 24. & *lib.* 4. *disput.* 25. n. 4. *Acaticus in dicto* §. *Titio* 100. & 1. n. 64. et fere omnes proxime citati. Circa aliam dispositiōnēm ubi non agitur de matrimonio,

etiam sufficit petitio consilij etiamsi non sequatur juxta L. cum pater §. mando legat. 2. cap. cum olim. de arbitris lib. 2. ff. mandati *Guerr.* de tutelis 1. p. *cap.* 8. n. 4. *Caldas Pereira de nominatione quest.* 1. n. 39. *Barbos.* verbo consilium de off. & potestate *Episcop.* allegation. 32. n. 180. *Solarzano de jure Indiarum* lib. 3. cap. 2. per totum *Tuscus* praticar. litera C. conclus. 76. n. 1. in finitos refert *Larrea decis.* 97. a. n. 1. & 10. *Balthezar tom.* 5. de nutoribus, & curatoribus tit. 19. n. 45: c. & de executoribus tit. 12. n. 15 & sequenti *Carvalho ad cap.* *Rainald.* 2. p. n. 239.

Neque replicari debet quod in 242 præsentiarum fuit apposita clausula, seu conditio nubendi prædicto *Ferdinando juniori* cum consilio patris aut consanguineorum insimul cum clausula, & conditione nubendi cum consensu, & licentia patris & parentum, & sic si illa non vitietur, ut per se sumpta vitiabitur propter aliam de nubeudo cum consensu, & licentia à jure reprobata, cum utile pre inutilem vitietur juxta *tex in L.* 1. §. illud & §. *trebatus de aqua quotidiana*, & aestiva L. si ego ff. de injusto nupto lib. 1. §. generaliter & ibi *Bart.* *Adonat.* inter & unius victoria prodest alteri Cod. si unus ex pluribus considerant *Tiracellus de retractu lignagur.* §. 30. ad finem glos. 3. n. 64. *Castilho* 2. cap. 7. n. 27. *Peregrinus* 3. *consilio* 29. n. 14. *Cabedo diversorum* cap. 26. *Surd.* *consilio* 380. n. 52. & *consilio* 928. n. 20. quia respondeatur quod etiam si dicta clausula, seu conditio insimul, & in eadem oratione sit posita cum clausula, seu conditione nubendi cum consensu, aut licentia patris aut parentum ut in præsentiarum *Ferdinando* ubi fol. 117. in fine, & in declaratione facta à *Ferdinando Seniori* fol. 130. ad huc

huc hæc adimpleri debet , & illa vi-
tiari , ut in terminis terminantibus
resolvit Angelus Botius de matri-
monio §. 71. à n. 518. Simon de
Prætis de interpretatione ultimarum
voluntatum lib. 4. interpretatione 2.
dubio 10. n. 10. Amon. consilio 1. Mo-
lineus de ritu nuptiar. p. 3. cap. 29.
Fontanela de pactis nuptialibus glos.
3. p. 5. n. 85. neque enim utile per
inutile vitiatur , quando actus , seu
actiones sunt diversæ , vel si est
unus , & idem , & est individuus , ita

244 utile ob inutile separari possit ut in
his clausulis , quæ omnino diversæ
sunt , & solum utile per inutile vi-
tiatur quando actus est unus , &
idem , & individuus quando intel-
ligitur text. in regula utile de re-
gul. juris in 6. lib. 1. §. penult. ff. de
verborum L. si quis stipulatus §. chri-
sogonus de verborum , junctis illis
quæ Sarmient. Selectarum cap. 5.
Fusarius substitutionibus quæst. 463.
Cardos. verbo emphyteusis n. 51. Gra-
nat. 1. tom. disput. 28. n. 3. Salgad. de
protectione cap. 7. n. 74. & 4. p. cap.
14. n. 202.

245 Neque etiam secundò replicari
debet , quod institutores Dominus
Jacobus , & Domina Leonora in il-
lis verbis clausulæ fol. 117. vers.
ibi nāo succederā no dito morgado mu-
lher alguma que errar em seu corpo ,
ou cazar sem consentimento de seu
pay , e māy , ou avōs debaixo de cu-
ja administraçāo estiver , e cazando
a filha , ou ainda que seja filho ba-
raō a quem este morgado ouver de
vir sem licença de seu pay , ou de
sua māy lhe possaō tirar a adminis-
traçāo ; & ibi em nenhum caso poderā
o filho , ou filha posto que maior de
vinte , e cinco annos cazar sem as di-
tas licenças , e concelho voluere ut
consilium non solum peteretur ad
quod tantum tenebatur Ferdinandus
jurior sed quod etiam sequere-

Pars III.

tur illud , quo casu reprobatur præ-
dicta clausula , & conditio nubendi
de consilio patris , aut parentum si
nupturi ad illud insequendum ad-
stringantur ut in terminis tenet Mol-
lin. de primog. lib. 2. cap. 13. n. 38.
Rodericus Soares in lectum lib. 2.
titul. de los cazamientos lib. 5. fon.
column. 2. fol. 65. Molineus de ritu
nuptiar. quæst. 29. n. 7. Gutterr. de
matrimonio cap. 21. n. 25. Sanch.
disput. 34. n. 24. Botio dicto §. 11.
n. 519. Durand. de conditionibus im-
possibilibus 2. p. cap. 3. n. 76. & fere
omnes in initio relati , quia respon-
detur quod illa verba non exposunt
executionem consilij , neque per illa
institutores illam voluere , quia si
voluissent expressusent tantum enim
petitione erant contenti , ut jura sunt
in his terminis nam disponentes pro
contractu vel aliter utendo verbis
nullo sensu utuntur , quo leges
utuntur argumento cap. ex literis 7.
Sponsalibus considerat. Tiraquelus
de retractu lignagur. §. 1. glos. 9. n.
210. Mantic. 2. de contractibus à n.
102. sed leges volunt , ut qui non
potierit consilium ammittat maiora-
tum seu etiam rem nubendo sine illo:
ergo institutores in eo sensu viden-
tur uti prædictis verbis , & esto
quod sint verba sub dubio probata ,
& quod patiantur sensum quod con-
silium petatur , vel etiam quod non
solum petatur , sed etiam sequatur ,
in hoc dubio significationis , seu in-
terpretationis uno vel altero modo ,
illa est sumenda interpretatio ut
actus valeat , & operetur effectum
conservationis & non distituatur L.
quoties 8. verborum L. cum hic sta-
tus 32. §. pænitentiæ in fine de donat.
Menoch. 6. præsumpt. 4. Tuscus li-
tera V. conclus. 106. n. 33. plures
Castilho de conjecturis cap. 30. n. 6.

Vel secundò respondetur quod
dicunt Doctores supra tantum nullo

casu sufficit peti consilium, sed necessarium est ut sequatur quando requirendus officij particeps est si quidem se referunt ad doctrinam Bartoli ex lege 1. §. si plures de exercitoria, quia illo tantum casu tenet necessarium esse ut sequatur (si clare à disponente non exprimatur) advertendum etiam in cap. ex parte de const. & in cap. in ea de electione Decius in cap. si pro debilitate n. 9. de officio delegati, & novissime Balthezar Thomasius de tutoribus, & Curatoribus tit. 19. n. 4510. & de executoribus tit. 12. n. 15. & 16. ubi ita intelligit. L. Titium, & mævium 48. de administratione tutorum, & alia multa, quæ antiquores intacta relinquere notavit Gratianus tom. 1. cap. 123. n. 27. & 28. ubi plures reffert cum 90. in nostris terminis non detur casus in quo possit verificari doctrina, Glossæ, & Bartoli, neque clare executionem institutores expressere; nugatoria apparet replicatio secunda.

246 Secundò non obstat clausula fol. 117. ibi porem se elle evidentemente caçou tambem, ou melbor que o pay, ou māy o podera caçar naō o perderà, ex qua educitur quod institutores voluere ut si successores maioratus evidenter adeo bene, aut melius nubant, quam parentes, aut consanguinei illorum illos poterant nubere pœnas impositas prædictis non petentibus consilium, aut litentiam, seu consensum non iucurrunt, & cum Ferdinandus evidenter adeo bene, seu melius nupsisset sibi associando Catherinam, quam parentes, aut consanguinei illum poterant nubere defectus petitionis consiliij illi non videtur posse nocere; quia respondetur verum esse in jure, quod non incurrit pœnas ob non petitum consilium, consensu, seu licentiam, qui in forma clausula nubit argu-

mento L. ultimæ ff. dem. rem verso, L. cum ita 62. de condit. & dem. junctis quæ in termiuis advertunt Botio de matrimonio dicto §. 11. n. 541. Cancerius dicto cap. 7. n. 298. Menoch. conf. 425. n. 6. & 8. L. 4. tit. 4. porta 6. & ibi scribentes Mincingerius observ. 31. n. 7. Palut. in cap. per vestros notatu 3. §. 7. n. 3. Pelaus de maioratu 1. p. quest. 50. n. 10. Mantic. 11. de conjectur. tit. 16. n. 2. Sanchez de matrimonio disputatione 33. n. 11. Guterres de tractatu cap. 20. n. 4. & 90. sed est falsum in facto quod Ferdinandus successor nubens Catherinæ evidenter adeo bene nupsit prout pater ejus, & consanguinei proximiores poterant illum nubere, nam per illa verba evidenter adeo bene volunt institutores in successoribus maioratus nuptias semper ita palam in qualitate, & puritate generis claros, & indubitatos, ut nulla tergi versatione celari possint, & quando præsumptiones in contrarium cessent; et sic non dubias in æstimatione, ut de significatione illorum verborum colligitur ex cap. evidenter 1. quest. 1. glos. in cap. 2. de verborum significatione in 6. junctis quæ Genuensis cap. 89. n. 1. Alexander Scotus in verbo juris fol. 256. Conrradus dispensat Apostolicar. lib. cap. 5. n. 40. & 47. multos Valensuela consil. 90. n. 163. reliquos Barbos. verbo adeo in tomo dictionum, sed tales nuptiæ habito respectu ad Eduardum sunt dubiæ, & turbidæ admittimus in puritate, ut ij, et tales, non æquales illis mediante quar Domus do Basto secomiscuit domo do Vimioso, antea, & postea domo de Aveiro: ergo Ferdinandus non nupsit adeo bene ut clausula demonstrat, et sonat, ac per consequens virtute illius non evitat pœnas ob non petitum consilium impositas.

Neque

247 Neque ultimo obicem facit quod verba clausularum si bene præcruentur, & rimentur omnia in illis contenta, consilij petitionem tantum exigere institutores à consanguineis proximioribus patre, & matre non existentibus, et non à patre, ac matre viventibus, à quibus tantum licentiam, et consensum, et cum in nostris terminis tempore matrimonij cum Catherina Ferdinandus habuisset patrem à quo etsi non petiisset licentiam, et consensum non incurrit poenas ut satis dictum extat, in resolutione primæ quæstionis, sed consilium non tenebatur petere ab illo, sed à prædictis consanguineis patre, et matre, ipsis defunctis, videtur dum non esse privandum Ferdinandum ob consilium non petitum; quia respondetur quod etsi in primis duabus clausulis fol. 116. et vers. per totas à patre, ac matre consensum, et licentiam institutores tantum voluere fuisse petendum per successores ad nuptias postea autem multa fol. 117. voluere, ut successores peterent etiam consilium à patre, ac matre si viverent alias à consanguineis ut patet ibi *Lazar semas ditas licenças, e conselho assima dicto.*

248 Neque valebit replicatio si quis dixerit quod singula singulis sunt congrue referenda juxta L. si negotium Cod. negotiis gestis L. unica §. sin autem juncta gloss. 1. & gloss. verbo ex fortuna Cod. caducis tollendis plures adducens authoritates Surd. consil. 22. n. 21. volumine 2. Farinat. decis. 145. n. 5. part. 1. n. 20. Guido Pa- pa quæst. 533. n. 2. vol. 2. Pretus consil. 22. n. 21. Peregrinus consil. 54. n. 2. Francisus Nigrus controvertia 174. n. 1. & 2. ita ut illa verba clausulæ primæ fol. 117. ibi *e cazando semas ditas licenças* referantur ad licentias petendas à patre, ac matre per successores nupturos, ut in dicta clau-

folia fol. 116. et illa verba, *e conselho assima dicto* referantur ad secundam clausulam fol. 116. vers. per quam ipsi institutores voluere ut defficiente patre, ac matre sucesores petiisse à consanguineis proximioribus. Augetur replicatio, quia virtus verbi ibi *os ditos*, et ibi *o dicto* est relativa ad precedentia *Cesse decis. 185. n. 109. Menoch. consil. 4. n. 24. Bruniesos de in locis communibus verbo dictio 7. Gratia de nobilitate in devis. n. 49. Serafinus decis. 584. n. 8. Tuscus conclus. 266. n. 1. Hondonedus consil. 72. n. 24. volumine 14.* quia respondeatur quod ex clausula ultima colligitur, quod institutores voluere ut filius petiisset consilium à patre, et matre, vel dato quod simus in dubio sensus verborum clausulæ clarior sit ex declaracione Ferdinandi fol. 674. ubi expresse declarat Ferdinandum ejus nepotem debebere petere consilium à patre, et matre ad nubendum, quando clausula rationem dispositionis instituentium poterat facere sive ut institutor siquidem anectavit legitimas, sive ut successor, et hæres conjunctis cum nihil addat, neque adimat sed tantum dubiam dispositionem explicit (principue sciente, et consentiente Ferdinandio juniori proximo successore post Jacobum) ut patet fol. 130. ut educitur ex L. generaliter §. si decerto de legatis 1. L. si quis certum 7. §. inter duos leg. 2. Mantic. de conjecturis lib. 3. tit. 1. n. 29. Boerio decis. 172. Prætos lib. 1. in corp. dubio 3. solutiones, citati à Castilho 3. quotidianar. cap. 10. à n. 9. usque ad 31. Molin. lib. 1. cap. 8. n. 23. Galenus de verb. jur. 10. cap. 37. cum sequenti Moneta de commutatione cap. 5. n. 41. Mascard. conclus. 170. n. 17. Farinat. tom. 1. decis. 35. n. 12. & 266. n. 19. Stat ergo quod Ferdinandus excluditur à successione maioratus

ratus ob non petitum consilium ut jura dicant et si ob non petitum consentum, et licentiam, ac per consequens Actor dum iure patris agit, securus foret si vera præsumptio ut olim junctis aliis adminiculis judicavi patrocinante contrarium advocate Gabrieli, Actoris, in causa cuiusdam Insulani, ut ipse remeniscitur.

249 Secundum fundamentum Reæ peperit clausula illa fol. 117. ibi, e *sendo o cazamento de que notoriamente a linbagem do que caza receba deshonra, e detimento, posto que o pay, ou māy lhe naō queiraō tirar a administraçāo, pelo mesmo feito fique della rejeito, e passe o morgado ao segundo em grao, et fol. 115. caso que o filho mayor seja discipador de sua honra.*

250 Hoc fundamentum tantum requirebat resolutionem illius quæstionis an scilicet ex nuptiis contractis per Ferdinandum cum Domina Catharina ipsius Ferdinandi progeniti vel Castrorum familiæ notorium resularet dedecus, ac detrimentum; sed cum materia sit altioris in dagine, et deinde notorium dedecus vel detrimentum probari non possit absque eo quod probetur prius dedecus ac detrimentum, ut eleganter probat text. in cap. bona 23. versic. licet autem juncta gloss. verbo recipit in fine de electione, cap. quoniam de probat, cap. cum accessissent de constitutionibus cap. ad dissolvendum de dispensatione impuberum, cap. dilectus de purgatione vulg. Brutreο in tractu de notorio artic. 4. fol. 55. & articul. 3. n. 3. Berlomon de pub. Cone versic. notorium n. 32. Farinat. 1. tom. quæst. 21. n. 108. Bartol. in aliqua qui semel column. 3. quomodo, & quando judex Egidius consil. 337. column. 2. Speculator in tit. de notorio crimine §. jam de notoriis ad finem Mascard. conclus. 1107. n. 21. usque ad 25. ratio est in prom-

pto quia notorium nihil aliud est nisi quædam adjectio qualitatis principalis entis unde nisi constet de principali ente, et substantia, et sic de facto non potest constare de notorio. Opere pretium duxi hujus fundamenti materia duabus resolutionibus terminare, tria prius permittingendo, utpote maximè necassaria. Prima resolutio maculam investigabit. Secunda an notorium virtute illius resulteret dedecus, et detrimentum.

Primò permitto quod maioratus **251** hujusmodi institutores juxta regulas juris potuere licet predictam adjungere clausulam suæ dispositio- ni, ut interminis *Gregorius Lopes L. 3. tit. 21. porta 2. Motin. 2. cap. 13. n. 28. & 33. Pater Molin. disput. 614. Azevedo in L. 11. tit. 6. lib. 5. n. 20. Mantica 11. de conjectur. tit. 18. n. 3. Sanches 1. de matrimonio disput. 34. n. 40. Gutterr. eodem tractu quæst. 21. n. 46. & 4. p. quæst. 8. n. 21. & 2. Tuscus litera M. conclus. 133. n. 12. patet ex Genesiis 24. & 28. prout refert Menoch. consil. 69. n. 37. Gutterr. proximè Escobar alios referens de puritate sanguinis p. 1. quæst. 4. §. 7. prout etiam apponere poterant aliam clausulam ne successores nuberent cum certo genere personarum quavis predictum genus non pateretur defectum natalium Menoch. consil. 458. n. 4. Surd. consil. 54. n. 16. & 215. & n. 22. & decif. 30. n. 29. Costa in §. si arbitratu ampliatione 8. limitatione 5. Mantic. 11. de conjectur. tit. 18. n. 3. & 9. & Golganctus de condit. 1. p. cap. 8. n. 5. communis opinio lib. 4. tit. 2. n. 13. juxta L. hoc modo 63. L. hoc genus 105. Cond. & demonstr. cum ex eo non auferatur facultas contrahendi, cum: eliquis Golganctus supra n. 3. L. cum ita 63. de condit. dummodo fraus legi exinde fiat veluti quan-*

quando cum alia facile nubere non potest facit *L.* cum tale ibi ne fraus etiam fiat legi, etc.

252 Secundo in qua patria appareat Eduardus natus in Anglia an in Lusitania obligant enim jura quod quando agitur de exquirendis viribus sanguinis, prima investigetur origo argumento *L.* clam possidere, ubi gloss. & Doctores de acquirenda possessione Guterr. lib. 3. practicar. quest. 13. n. 42. & sequenti Baldus in cap. 1. de successione fratrum & in cap. 1. n. 2. & in aliis de eo qui sibi vel hered. incusibus feudorum alias Escov. de puritate sanguinis 1. p. quest. 6. §. 3. cuiusque enim rei emtium secundum est dicit Guterr. supra, et feré omnes, et quod in Anglia multa urgent, et 1. expenduntur dicta, et attestations novem testium, quibus accedunt certitudines juratae Antonij Correa, & Augustini, et alibi repetitæ, quæ omnes Eduardum Angulum dicunt.

253 Secundum diploma Regis Alphonsi supra fol. 174. et 332. confirmatum per Reges Joannes, et Emmanuel fol. 176. quo Eduardus factus fuit incola et naturalis hujus Regni facto argumento quod si erat incola, et naturalis hujus Regni Portugalæ cur enim concessit privilegium incole, et naturalis, frustra enim illud à Princepe impetratur quod de jure communi concessum est *L.* Imperatores 15. privilegium creditor. *L.* 1. ubi gloss. verbo legitum, quæ plura similia allegat de thesauris lib. 10. *L.* 1. ubi gloss. Cod. jure deliberandi junclis quæ Soares allegat. 28. n. 2. Molin. primogen. lib. 1. cap. 1. n. 25. Pulador in §. prejudiciales n. 2. inst. actionibus Surd. decis. 173. n. 18. Gratian. cap. 617. n. 23. Escovar ration. quest. 6. n. 29. in fine cum privilegium supponat juris communis dispositionem *L.* 1. ad

municipal nisi forte privilegium *L.* 1. const principia Aegid. in lege 1. mentio Cod. Sacrosanctis n. 7. Soares de legib. 3. cap. 1. n. 2. Bart. in *L.* 1. in fine de juris & facti ignorantia, & in *L.* Imolum. 3. de constitutionibus Principum.

Tertio quia fuit insignatus insignia Ordinis da Garroteia in Anglia ut attestantur testes fol. 276. usque ad 374. vers. quæ ab Eduardo Rege Angliæ tantum certis militibus patriciis fuit procreata, deinde Cognomen Brandaō à quo denominatur Ducis Sufocia illustrissima domus ex testibus, & certitudine, & cognomen maiorum de stirpe; & progenie arguit Cabed. decis. 73. n. 1. Molin. 2. cap. 14. n. 5. Lara 2. p. cap. 4. n. 132. Escov. de puritate sanguinis 1. p. quest. 16. n. 9. & 20. Farinat. ab illo citat. in fragmentis judicialibus auget epitaphium sepulturæ de quo fol. 145. quod probat prosapiam glos. verbo prolata in cap. præter de privilegiis in 6. glos. 1. in cap. cum olim de censibus, junclis quæ Mascard. conclus. 621. n. 14. & 15. Brisonius tract. de finibus regundor. cap. 60. n. 3. Craveta tract. de antiquitate p. 1. n. 8. & 14. ad stipulatur dictis confessio Actoris in articulis replicæ.

Contrariam tamen partem tutus amplector illum que Lusitanum dico tam ex testibus Actoris attentationibus in documentis exhibitis, quibus Actor propriam actionem instruit, & ut tales & si de auditu, de credulitate contra ipsum concludunt plenè ex dictis à Paulo Scabinno resolutione 54. n. 21. 22. & 29. Horatio consil. 29. n. 2. Valensuel. consil. 73. n. 8. & consil. 78. n. 42. Escovar. de puritate sanguinis quest. 6. §. 1. n. 18. Juvat quod Actor in articulis libelli, & replicæ articulans maiores Eduardi ipsum Eduardum Lofitanum confitetur, quas

confessio satis eum evincit Lusitanum in prejudicium saltem ipsius Actoris confitentis plures Barbos. ad cap. final de confessis in collectantibus n. 9. ultra ab illo relati Borrelus 2. p. in summa decisione tit. 3. n. 141. & lib. 1. n. 164. & 165. Cardoso in praxi verbo confessio n. 18. Gratian. decis. 19. Cabea. p. 2. decis. 79. facit assertio Regis Joannis tertij, cui est credendum clausula 1. de probat. multos Mascardus de probat. conclus. 139. n. 10. & 1233. n. 10. & 28. Farinat. de testibus quest. 63. à n. 82. Gabriel lib. 1. Covim tit. de probationibus conclus. 2. n. 12. Larreia allegat. 6. n. 2. Mend. 2. p. lib. 1. cap. 2. n. 56. Concludit certitudo Damiani de Goeis ex cuius tenore clare colligitur Eduardum esse Lusitanum cum ibi scribantur honores adepti per illum Eduardum in Anglia tanquam facinora perpetra ta in extero Regno non debet praeteriri invictissimi Regis Joannis secundi provisio de qua fol. 357. dum nominat Eduardum equitem ipsius domus moratorem in oppido de Burges.

256 Neque tunc obstat in contrarium adducta non primum ex dicto novem testium, quia Petrus à Cunha, & Marquio de Aguiar, & Comes de Odemira ultra quam quod non de scientia deponant, sed de audi-

257 tu locuntur in descriminatim, & sub dubio alternativo, quo in casu dubia resultat attestatio, & ut talis nihil probat Costa in memorialibus verbo seu Gratian. disceptationum forentium cap. 277. à n. 15. de aducto 1. p. quest. 1. n. 9. Farinat. tom. final decis. 703. n. 6. religiosus autem Antonius Carolus maior eius di- Etum magis urget deponit per veterum videtur, & ita de credulitate ibi the pareceo Inglez por se natura- lizar, & sic non probat ex duabus.

Primò, quia non reddit rationem concludentem prout reddere debet testis de credulitate ut fidem habeat ex dictis a Censio de Censibus decis. 132. plures Larreia allegat. 42. n. 23. Horatius consil. 29. n. 2. Mend. 2. p. lib. 2. cap. 9. n. 3. & 6. Secundò, quia reddit sui dicti rationem falsam ut in solutione secundi argumenti apparebit, & testi fallam præstanti rationem non est credendum Felinus consil. 48. n. 13. & 14. quem refert, & sequitur Gabriel conclus. 33. n. 8. tit. de maleficiis lib. 7. Reminaldus consil. 25. n. 4. Mascard. conclusione 1369. à n. 64. Farinat. de oppositione contra testes quest. 70. n. 10. Escov. de puritate sanguinis 1. p. quest. 10. §. 5. n. 24. testes vero eodem laborant vitio cum deponant de credulitate fine ratione concludenti, & vera non enim est concludens & verum Eduardum tale impetravit rescriptum: ergo non erat naturalis utique testis numero 264. Henrique Correa sperat ex hac causa honorem, aut vituperium suorum quod sufficit non probatur credulitate Escovar. de puritate sanguinis quest. 1. §. 1. n. 38. Almeida allegat. 5. n. 23. Mend. 2. p. lib. 3. cap. 13. n. 7. & 9. Paulus Scabinus resolutione 54. n. 4. & 41. & resolutione 68. n. 27. & 28. ultra quam quod labo- rant eodem vitio quo maior ex chro- nis.

Nen secundum etiam obstat quia 258 Eduardus ut fatetur Actor in docu- mento fol. 186. ratione delicti An- gliam tetigit, ibi que per tempus plusquam decem annorum consti- tuens domicilium nupsit, & vixit cum propria familia, quo casu, & si non amitteret domicilium origi- nis quod neque mutari, neque re- nuntiari potest ex lege origine 6. ff. ad municipalem L. assumptio 4. Cod. mancipiis, & originariis, junctis que- San-

Sanches de matrimonio lib. 3. disput.
23. n. 4. plures Amaya ad titulum
Cod. de incolis a n. 72. Mascard. de
probat. conclus. 334. Faber in Cod.
fabriano lib. 9. tu. 29. definitione
10. attamen hoc non procedit quo
ad omnes effectus, sed tam tum ad
certos, qui in jure reperiuntur ex-
pressi ut per Navarr. consil. 4. n. 4.
Gail lib. 2. observat. 26 n. 7. Bar-
bos. de jud. tit. de foro originis n. 102.
quo ad alios qui in jure non reperi-
untur expressi, mutat domicilium,
eius que privilegia amittit ut que
libertates, & sic non regulabitur per
statuta loci originis, siquidem il-
lius jurisdictioni non sub jacet L. fi-
nal de jurisdiction. (& in hoc potest ve-
rificari rescriptum) ex doctrina Bart.
in L. exigere dotem n. 1. de jud. De-
inde verificari potest in illis liberta-
tibus, & exemptionibus quibus &
si originarius cum non esse morator
uti non poterat prout cum eruditio-
ne exemplificat patronus Rea fol.
291. n. 86. ubi tenacibus argumen-
tis meo videri, eodem rescripto,
convincit evidenter Eduardum non
esse Anglum, sed Lusitanum.

259 Neque epitaphium evincit quia
inscriptions in lapidibus, & monu-
mentis non probant, sed ut admini-
cula juvant, deinde urgentia forent
adminicula quando in p̄dictis in-
scriptionibus sanguinis qualitas, &
origo talis exprimeretur, prout sunt
in ipso epitaphio expressi honores,
& dignitates in Anglia obtenti, de-
inde insigniis aliis non indigebat
vulgo armas, sed tantum antiquis il-
lustrißimæ familiæ Ducum Sufociæ
debebat esse contentus, nec nomi-
nis, aut cognominis identitas prodest
vere cum multi reperiantur diversæ
familiæ ejusdem tamen nominis, ac
cognominis, vulgo appellido, insig-
nia namque ordinis da Garroteia
multi non patricij apparent insigni-

ti, & condecorati, sic que Ang-
lum p̄dictum Eduardum non con-
cludunt imo potius lusitanum de-
demonstrant.

Tertiō, & ultimo, permitto quod *263*
cum patriam Eduardi certam habeas
mus, et originem terræ necessarium
est investigare parentum emtia ex
illa juris regula, quæ dictat ad pu-
ritates cognoscendas, et patriæ, et
parentum privilegium necessario at-
tendedum esse prout ex cūjuscum-
que rei ex ratione text. in L. damni
inficti 18. §. Sabin. de damno infe-
cto L. 3. §. seco de minoribus L. quæ-
cumque gerimus 11. act. & obligatio-
nibus, iunctis quæ Benedictus in cap.
Rainuncius verbo duas habens filias
n. 175. Joannes philippus juris res-
punſio n. 10. Valensuel. 2. p. consil.
103. n. 105. & p. 1. consil. 51. n.
24. & quanvis testes fol. 299. &
340. dicant Eduardum esse filium
cujusdam militis Herosolomitani vel
Georgij Correa Comendatoris do Pi-
nheiro, et ita audivisse attestentur,
attamen ex actis illud magis evinci-
tur nempe fuisse filium adulterini
Roderici Barbæ Leiriensis fratri
Georgij Correa et natum ex quadam
muliere cuidam faberferrario hebræo
copulata vinculo matrimoniali, mun-
da tamen, ac pura, quod videtur
probari tam ex testibus, quam ex
documentis et ex confessione Actoris,
quod nullo documento, ac tes-
tibus ullis contrariatur.

Exhaustis permisis, quæſtiones *261*
principales in initio hujus argumen-
ti promissæ apparent, et prima, quæ
maculam in Eduardo vestigat, ha-
bet pro parte affirmativa sequentia
fundamenta. Primum, quod cum in
p̄ſentiarum tractetur de exquiren-
dis sanguinis viribus, Actoris ex
Eduardo provenientis ad quod ut
necessarium, et prejudiciale p̄ire
debebat certitudo originis tam pa-
trix,

triæ, quam parentum ut supra diximus, et Actor dum in articulis replicæ dicit patriam Eduardi esse Angliam procere suo, et parentes illustrissimos Duces de Suflocia fugit patriam Lusitanam, & maiores Lusitanos, nempe Rodericum Barbam, et dum in articulo 38. replicæ et alibi suppositive dicit patrem Eduardi esse Lusitaniam, et clare ejus progenitorem Rodericum Barbam fugit patriam Angliam, et maiores Duces præclarissimos de Suflocia, & sic contra suam puritatem enascitur pro macula vehemens juris præsumptio dici patriam et parentes certos non demonstravit, siquidem tractatur de macula *L. puritate detegenda ut resolovit singularis doctrina glosæ verbo nationis in cap. cum deputati 16. de judiciis cui adstipulantur cap. duæ sunt 22.* 19. quæst. 2. & per argumentum text. in cap. tuæ fraternitatis 3. de clericis peregrinantibus, junctis quæ Barbos. in collectaneis ad eundem textum & glosam Escovar. de puritate sanguinis 1. p. cap. 6. §. 3. n. 6. Dionisius Paulus de vera quæstione Patriarcharum Sedium erectione cap. 15. n. 41. & sequenti Corroboretur fundamentum ex documentis, et ex confessione Actoris in articulo replicæ supra dicto adhibitis testibus, ex quibus omnibus edicitur Eduardum fuisse natum ex muliere uxorata viro hebræo, et ex Roderico Barba et ita ex Costu damnabili, et punibili, sed quando ex muliere nupta a marito *L. filium 6. de his qui sunt sui vel alieni juris L. 9. tit. 14. porta 3. L. 7. in fine ubi glosa Imola tit. 2. porta 4. & L. 1. tit. 15. porta 4.* & utrobique Gregorius & in *L. 31. tit. 9. porta 6. L. 4.* de in jus vocando pater enim ille judicatur quem nuptiæ demonstrant latissimè Merenda controvertiar. 614. cap. 9. per totum Escovar. de puri-

tate sanguinis p. 1. quæst. 8. §. 3. n. 63. Surd. decis. 85. Gionagnonus consil. 6. lib. 6. Merlinus decis. 409. n. 23. cum sequentibus tom. I. decisionum Rotæ Romanæ: ergo Eduardus constituto quod fuit natus ex dicta muliere (non munda etiam ut autumant testes) nupta hebræo ex vi matrimonij præsumitur genitus ab eo, et non à Roderico Barba adultero, ac per consequens ex stirpe infecta præcipue quando ut ex documentis ab Actore oblatis constet Eduardum educatum esse in domo matris, et patris putativi hebræi tanquam filium ipsius cum educatione taliter facta probet filiationem Surdus de alimentis tit. 9. quæst. 7. n. 9. Valasc. consult. 134. n. 4. Cov. p. 2. de Sponsalibus cap. 8. §. 3. n. 3. Mascard. conclus. 795. & sequenti Menoch. lib. 6. præsumptione 53. n. 12. et sic matricula alperlus, quæ descendentes ut pote ad Catherinam, et Actorem imbuīt in ipsosque spargitur ex dictis a Flores de Mena in adit. ad Gamam. decis. 112. Farinat. decis. 71. n. 4. & 120. n. 1. p. 1. & 575. n. 1. p. 2. Garcia de nobilitate glos. 12. n. 8. Tiraquel eodem tractatu cap. 16. n. 2. & sequenti Mantica in glos. juris glos. 1. Dialogo 10. Escovar. de puritate sanguinis 2. p. quæst. 6. §. 1. n. 7. & 1. p. quæst. 4. §. 2. n. 46. & quæst. 13. §. 2. ex n. 27.

Secundo pro macula facit, et non urgent documenta fol. 91. 95. et 99. quibus ostenditur Ferdinandum, Petrum, et Arium Actores consanguineos ab Eduardo etiam descendentes impetrasse à Summo Pontifice dispensationes ad habitus suscipiendos ordinum militarium, hoc modo se maculatos confitentes in supplicationibus ad intentum necessariis, quæ supplications præsumuntur porrectæ ab ipsis impenitentibus vel ab aliis de eorum expreſſo mandato

dato ab aliis prout etiam dispensationes virtute supplicationum consecutæ præsumuntur ab ipsis supplicantibus impetratæ ut attestantur Marcus Rodericus fol. 516. de stillo, & jure & stillo Curiæ novissimè Pirrus Conradus in praxi dispensationum Apostolicarum lib. 2. cap. 5. n. 12. usque ad 16. Ludovicus decis. 331. n. 19. Mandoſus in praxi tit. de dispensationibus versic. dispensatio ad postis fictionem Cassadorus decis. 3. n. 4. qui pro ratione præstant quod absurdum sit dicere quod alias sine mandato expresso velit terere tempus, pecuniam, & laborem, cùm ergo dispensati se maculatos dicant et deinde pro illa faciant documenta fol. 761. & 207.

263 subintragat regula juris quod quando dispensati derivantur, ex eodem stirpe confessiones ab illis factæ circa dilpensiones præcipue adminiculatae ut in præsentiarum nocent omni familia tam descendenti quam transversali, cum unius macula omnibus communis sit, neque ex eodem met genere, & trunco alij puri, alij maculati possunt existere argumento L. cum qui in principio ff. usu capionibus cum similibus adductis à Tiraquello in L. si unquam verbo donatione largitus n. 244. Cod. revo. cand. donat. cum multis congestis ab Escovar. de puritate sanguinis p. 2. quæst. 2. §. 4. à n. 29. quæst. 6. §. 3. & meo judicio prædictæ confessiones judiciales operantur supra dictum saltem præsumptive ad quid excludendum necessaria erat probatio liquidissima ex parte Actoris.

264 Tertio pro macula expenduntur contra producentem certitudines Comitis de Tarouca 380. D. Augustini 378. & D. Bernardi fol. 386. religiosi Antonij 188. 376. 448. quarum Actores attestantur Eduardum suffit reputatum pro macula-

to, sive ob maritum ebræum matris, sive ob invidiam, quibus accedunt testes Actoris, quæ magis Eduardum lredit anecto certitudines, quæ maculam in Eduardo supponunt, et testes Rex quarum nullæ deponunt de auditu tantum circa maculam; aliæ de fama publica, et notoria, reliquæ, et ortodoxum, et neophytiū Eduardum audiuisse attestantur.

Quarto, & ultimō pro macula sic 265 conficio argumentum, macula, & descendencia à sanguine hebræorum in antiquis per famam plene probatur Valensuel. consil. 90. n. 5. Ogeda de incompatibilitate 1. p. cap. 23. Cævalibus communis contra communem quæst. 900. n. 84. pluribus Castro de justa hæreticorum punitione lib. 1. cap. 7. Gutterr. lib. 3. præticar. quæst. 13. Pelaes de maioratu p. 1. quæst. 51. n. 17. & p. 4. quæst. 20. n. 309. Mascard. de probat. conclus. 512. plures Escovar de puritate Sanguinis p. 12 quæst. 10. §. 1. à n. 15. Latius Quarena qui reliquos recenset de officio Sanctæ Inquisitionis p. 4. §. 10. de fama publica à n. 64. & sequentibus fol. 403. dummodo de eo deponant septem testes ad minus Escovar de puritate sanguinis p. 1. quæst. 10. §. 4. n. 24. & 2. p. quæst. 9. §. 3. n. 72. ff. Bos. consil. 72. lib. 1. n. 46. Petra de fideicomissis quæst. 23. à n. 118. Mascard. conclus. 749. Farinat. 1. tom. praxis quæst. 47. n. 271. & si non uniformiter, & constanter, sed cum contrarietate, & varietate (quod quidem in aliis casibus) deponunt Guttterr. præticar. lib. 3. quæst. 10. Menoch. 6. præsumptione 60. n. 4. Escovar de puritate sanguinis quæst. 10. §. 5. à n. 27. cum sequentibus, quæ quidem probatio maculæ, & si patiacionibus testibus fiat quam probatio puritatis præfertur Escovar de puritate sanguinis p. 2. quæst. 10. §. 5.

n. 17. cum sequentibus, & 2. p. quæst. 9. §. 3. n. 32. & 54. & si velis dicere quod sufficit & si testes dicant ita audivisse publice, & non nominent auditores, vel etiam si dicant quod à maiori parte populi audivisse juxta doctrinam Bartoli in Lege 13. de minore §. plurium de quæstionibus dicas quia hoc in praxi observatur ex recensoribus Bartolum reprobantibus ex doctrina Baldi in cap. litteras n. 2. de præsumption. ut attestatur Clarus §. final. quæst. 4. versic. deberet Figueira decis. 17. n. 25. Escatia de juditiis cap. 84. n. 30. Farin. de indiciis, & tortura quæst. 47. n. 257. & sequenti Rota Romana decis. 72. n. 1. in recensoribus, & apud sanctæ memoriae 15. & decis. 273. Mastrilho decis. 295. n. 12. addentes quod alias ex mille testibus vix reperietur unus, qui famam probet quod etiam tenet Lara de Capelanis cap. 4. n. 12. Quarenha supra alias dic dictam famam adminiculatam prout in actis sufficere ad probationem maculæ, & descendenter ab hebraeorum sanguine; sed sic est quod ex parte Reæ reperiuntur novem testes deponentes de fama publica affirmativè juxta prædictam allegatam. Et si nolis Baldi opinionem practicabilem amplectere, his testibus adjunge alias & documenta, quæ citasti in prioribus quatuor argumentis, ut sic ex fama adminiculata ut dixisti in maiori hujus argumentationis repieres sine conterrovertia probatam maculam quæ non inficitur ex 16. testibus Actoris adjuncto illo fol. 491. vers. quia non interest quod plures sint in numero de puritate dicentes ut supra: ergo macula, & descendenter ab hebreis contra Eduardum probatui in actis.

266 Pro puritate facit 1. quod viri ingenui, & illustrissimi Regni sibi in uxores associarunt Eduardi filios, &

Eduardi filij duxere etiam illustrissimas uxores ut attestantur nobiliarij & colligitur ex testibus ad articulum 45. & 46. replicæ, & non est credendum tales viros in uxores masculatos Eduardi filios eligible, cum conditio eadem in qualitatibus in nuptiis desideretur L. donationum Cod. de nuptiis ibi inter pares L. si maior Cod. legitt. hæredit. ibi impares eos videri minimè concedentes, bene Faber. in rub. inst. de nuptiis Baldus in antiqua re, quæ column. penultim. Cod. communia eligatis Carr. consil. 3. column. 3. Suecinus. consil. 35. Angelus consil. 396. Deinde certitudo Damiani de Goes in archivo regio recondita, quæ Eduardum equitem valde honoratum vocat absque eo quod de illo malè dixisset prout solet de aliis familiis cum esset demorsor nam libris historiarum, & choronicorum magna adhibetur fides etiam circa qualitatem probandam juxta Gloss. in cap. inter dilectos de fide instrumentorum verbo magis gloss. etiam in cap. consulvit verbo antiqua de iudeis plures Guterr. practicar. quæst. 13. n. 23. Cassaneus in Catalogo gloriae mundi p. 1. consil. 46. Mascar. de probat. conclus. 105. n. 9. & 396. n. 5. Menoch. consil. 378. n. 8. aliquos Valensuel. consil. 90. n. 36. versic. abest macula.

Secundò, quia multi descendentes ab Eduardo habitum ordinum militarium absque dispensatione suscepserunt ex fol. 157. 179. 181. et sententiaz latæ super habilitatione illorum profunt aliis etiam consanguineis Mend. 2. p. lib. 3. cap. 4. §. 1. n. 2. cess. decis. 4. Garcia de nobilitate gloss. 6. n. 48. Valensuel consilio 92. n. 62. Otadora de nobilitate cap. 8. n. 5 Salgad. de regia protectione p. 4. cap. 8. n. 3. Fontanel decis. 228. à n. 10. & 229. n. 2. plures Escovar. de puritate sanguinis p. 1. quæst. 23.

23. §. 1. & 2. p. quæst. 4. articul. 2. prout etiam Actor fuit receptus in Canonicum, adeptus que magnam dignitatem ut purus, et mundus juxta formam Sedis statuti, ut attestatur testis affatim instructus quod non foret si defecerat puritas.

268 Tertio puritatem in Eduardo volueret certitudines Archiepiscopi Domini Roderici à Cunha Marquionis de Montalvaō, et Comitis de Tarouca, et Castanheira, et aliæ jam relatæ, quæ etiam huic pertinet macula, quæ Eduardum equitem da Garroteia demonstrat, quæ quidem dignitas Angliae originariis concedebatur junctis dictis quam plurium testium, quæ etiam ab aliis nobiliaris accepisse deponit, et ex testibus Reæ contra producentem ex quibus omnibus et aliis, quæ lata manu congerit Actoris patronus, et priores patres amantissimi per extensum dixerunt, educitur Eduardum nulla fuisse aspersum macula. Hæc pro puritate illa, pro macula in conflictum descendunt; etsi quæras qualē meum redierit animū, respondeo dubium, et turbidum præcipue stante quærimonia Reæ, in qua deducit quod dilationes sibi datae fuere eoangustatæ, et necessario à lege dandæ denegatæ, quod aboret cum juris precepta contrarium docent, sed cum totum arbitrio iudicis relinquatur, ut ipse ex numero testium, et fide, et ex rationibus, et verisimilitudine, quæ concurrerint in causa pro suæ prudentiæ arbitrio, et conscientia deliberet, non ex placito, seu libera voluntate, sed ex jure cractione inspecta tamen negotii natura, et æquitate; potius remoto rigore, Eduardum, ejusque descendentes Dominam Catherinam atque Actorem dicere mundos, et puros à macula sanguinis hebræi quam pollutos, et torpidos.

269 Neque tunc obstant argumenta pro Pars III.

macula urgentia, et maximè quibus si possem satisfaciam, non primum deductum ex præsumptione juris efficaci ut ibi expendimus, quia cum Merenda, & aliis in argumēto citatis potest dici quod quando agitur de probando filio ex adultero natum fuisse, duo occurunt probationis genera quorum aliud concludit pro necessitate, aliud autem pro vero simili; ad primum spectat absentia, inhabilitas, vel denegata potestas marito coeundi cum uxore, ad aliquid autem genus spectat agnitus filij ab adulterio facta meritó mulieris sciente, vel ignorantie, et ubi primum genus intervenit non agitur de conjecturis, sed clare removetur cum potentia ginandi, agnitus autem ad verosimilitudinem rem ducit iuxta regulam L. in obscuris de regul. juris, hujusmodi autem agnitus consistit in verbis, et in factis, in verbis quando baptisatur, educatur, appellatur que in iudico, & extra iudicium in legitimatione; testamento vel uti filius adulteri; facta autem in eo si rebus ipsis aut factis eum tractavit eo modo quo ipsum tractavisset, si eum ut filium verbis novisset, in educendo, alendo, defendendo, retinendo in suis ædibus curando que eum instrui disciplinis artibusque quæ filio suo dignæ sunt, imbuendo denique ei sua bona, vel partem ipsorum conditioni filij congruentem ut possit donec vixit inde ea sumere, quæ sibi necessaria erunt cum ex his satis probatur filium ortum ex adultero etiam si eodem tempore vir non habuerit cum adultera recte sequitur aliquod illorum intervenisse ut possit habere locum veritas documentorum; præcipue cum Reæ rationes tantum responsionem absentiae exulet, et non civili fundamento.

Neque secundum diū pro macula in eo expenduntur dispensationes, q̄d

quia respondetur primò, quod Rotra Romana non ita simpliciter tenet, quod supplicatio præsumitur pro recta ab eo in cuius favorem cantat, nisi quando ulterius concurrunt notabiles impensæ, vel materia est difficilis impetrationis, quæ omnia in nostris terminis defunt cum dispensationes ad habitus ordinum, et parvi sumptus, et faciles concessiones sint quibus cessat præsumptio tam supplicationis quam impetrationis, ut Doctores supra citati agnoscunt. Deinde non concluditur ex actis prædictas dispensationes fuisse obtentas scientibus, et conscientibus dispensatis, imo eis ignorantibus forte data opera ab inimico eorum fratris Domino Georgio de Ataide patet ex epistola fol. 208. et ex dictis, et confirmatur quia non constat prædictos dispensatos illis usi fuissent dispensationibus, augetur quod dispensatio de qua fol. 99. cum procedat respectu pupilli sub tutella expositi, illi noceare non debet cum ad omnia reputetur in jure incapax ex defectu intellectus, quia ignorat quæ agit, & videt, neque tutor ei præjudicare poterat in re tanti momenti sine judicis autoritate cum interdicta sint respectu pupilli omnia non tantum nociva, ut dispensatio, sed ea quæ in dierentem continent materiam. Responsiones ad alia argumenta in favorem maculæ quære ab Actoris patrone ubi plena manu puritatem defendit, & maculam exulat.

271 Prima quæstione principali secundi argumenti resoluta, & sic ex illa macula clare non appareat ut necessarium erat iuxta dicta in principio, ad hoc ut de notorietate potuissemus tractare, tamen cum quintus Domiuus maculatam dixisset Ferdinandi junioris mulierem Dominam Catherinam, ut descendente ab Eduardo, & Mascardus con-

clus. 1109. à n. 20. & Baldus in L. ea quidem Cod. acusat. Bart. & Anglus in L. cives Cod. appellat. dicant. posse probare, & sufficere notorietatem facti licet non probetur veritas ipsius facti, necessarium putavi etiam notorietatem in dedecore, & detimento investigare quod genuinum, & proprium est de clausula desiderio.

Et primò pro notorietate appetet fundamentum nam instrumenta in 272 actis faciunt rem notoriam juris juxta ea, que Caldas quæstionum forentium lib. 1. quæst. 4. n. 3. plures Castilho lib. 2. cap. 16. n. 4. Tuscus tom. 4. litera I. conclus. 237. Mantic. de tacitis lib. 13. cap. 19. n. 5. Surdus consil. 144. n. 15. Mascard. de probat. conclus. 906. & 380. n. 4. Menoch. consil. 29. n. 1. & 380. n. 4. Farinat. tom. 1. quæst. 21. n. 25. Sed in actis ab Actore sunt producta instrumenta diploma regium nempe in archivio regio reconditum per quod concluditur Eduardum esse maculatum macula hebræi sanguinis, si quidem Eduardus petivit remissionem confiscationis bonorum excepto criminis læsæ majestatis confitens tacitè per illam exceptionem posse incurrere in crimen hæresis quod est proprium hebræorum, argumento legis cum Prætor 12. de judiciis juncelis que Menoch. de arbitrariis quæst. 37. n. 22. & consil. 406. n. 44. & consil. 412. n. 27. & 583. num. 11. Surd. consil. 239. n. 29. & decis. 189. n. 9. & 203. Ricardo in principio de obligat. n. 653. Menchaqua quæst. 37. n. 22. ultra relatos à Barbos. in sua axiomate.

Secundo facit quod ex confessiōnibus judicialibus eductis in actis resultat etiam notorium juris Farinat. tom. 1. question. 21. n. 31. afflict. decis. 176. n. 3. Menoch. recuperandi n. 222. in primo responso, & casu 526. à n. 16. & 17. Mascard. conclus.

clus. 11. n. 22. & 24. Gratiano cap. 142. n. 9. & 12. Butreo tractatu de notorio articul. 2. n. 27. Sed Actor in articulis replicæ confitetur Eduardum ipsius maiorem tuisse filium cuiusdam mulieris humilis conditionis (maculatæ ut Coronista maior attestatur) & deinde uxoratæ viro neophyto, & sic maculatum ex juris præsumptione ad quod etiam adduxit certitudines, & inde apparent confessiones in dispensationibus factas per consanguineos notorium contra Eduardi progeniem resultat dedecus, & detrimentum.

274 Tertio constat pro notorietate, quod acta compesita ex testibus, documentis, & probationibus faciunt notoriam etiam juris *Mendes à Castr. lib. 3. cap. 15. n. 4. Alderete dereligiosis disciplinis lib. 1. cap. 5. §. 2. n. 70. Rota Romanensis decis. 46. n. 18. Barrellus 2. p. tit. 28. n. 31. Tiraq. Lignagier. §. 36. gloss. 1. n. 34. Farinat. quest. 21. n. 14. Gratian. forentium cap. 142. n. 9. Menoch. de arbitrariis casu 166. n. 6. & recuperandæ n. 232. Mascardus concl. 111. n. 13. Butreo de notorio fol. 500. articul. 1. n. 11.* Sed in actis reperiuntur documenta Marquionisæ de Laguna & Comitis de Villanova; deinde testes Reæ, qui omnes depoñunt de fama publica, & illas juvat Comes Sanctæ Crucis, qui in specie deponit de notorio ibi, que he coufa notoria, e que sempre ouvira dizer que era de naçao: ergo ex instrumentis, confessionibus, testibus, probationibus, aliisque documentis ad ductis in actis resultat dedecus notorium ac detrimentum contra descendentes Eduardi: ergo imbuta fuit familia Castrorum fecutis nuptiis inter Ferdinandum, & Catherinam.

275 Ultimò pro notorietate considerari potest quod non solum dedecus, et detrimentum notorium juris reful-

tat familie Castrorum ex nuptiis prædictis, sed etiam facti momentanij & transiuntis si considerentur dicta testium in certitudinibus exhibita fratri Antonij de Madureira, & Augustini Comitis de Tarouca Domini Bernardi dum deponunt aliquo in tempore longinquò reputatum suis se Eduardum maculatum à multis, quibus accedere possunt testimonia Comitis de Odemira, & Marquionis de Cascais, & Comitis da Torre dicentes varie audivisse circa maculam Eduardi, & puritatem cum alij contactant maculatum, alij imundum. Si auditum de macula ad tempus longinquum referamus, & de puritate ad tempus propinquum ut sic possumus dicere factum existimationis maculatae ut momentaneum transiisset, remansisset tamen ad huc labes notorij dedecoris, & detrimenti, quæ revivescit tempore transactionis, & matrimonij apud omnes hujus Regni, & Hispaniae gentes, & nunc non extinguitur hoc clamitatu letigij.

Pro contraria vero parte, nempe 276 quod ex prædictis nuptiis non refullasset dedecus, ac detrimentum notorium familie Castrorum, facit illud urgens fundamentum, nam notorium non potest esse dedecus, ac detrimentum, absque eo quod realiter, & verè daretur probatum ipsum dedecus, et detrimentum sine notorietate juxta cap. bona 23. versic. licet cum aliis iuribus, et Doctoribus in limine explanationis secundi argumenti Reæ adduximus, sed in actis juxta quæ patres sanguine, et literis insignitas non reperitur probata macula, et à me sub ditibio: ergo dedecus, et detrimentum minime posest reperiri.

Secundò contra notorietatem faciunt dicta testium, quæ clare deponunt ex prædictis nuptiis inter Ferdinandum, et Catherinam non

resultare notorium dedecus, neque detrimentum ut videre est in numero ab Actore productas, et alibi, et ex parte Reæ contra producentem: ergo notorium dedecus & detrimentum clausulæ videtur non fuisse reperiri.

278 In hoc conflictu fundamentorum patres omnes excepto quinto, ut jam dixi, neque maculam, neque notorietatem illius probatam reperiere ex actis, quintus omnia probata dixit, ipse siquidem dixi probatam puritatem, sed dubius, et æquitate nixus contra juris rigorem necessariò etiam notorietatem improbatam teneor dicere, sed certe non cum minori ratione turbidus siquidem ultra pro notorierate expressum reperivi extra acta juris pelago celebrem doctrinam Dominici Rotæ decis. 327. Butreo in cap. 1. de fide instrumentorum quem refert, & sequitur Aretinus consil. 37. Bald. consil. 204. n. 6. Decius in cap. 1. n. 45. de appellation. & relato à Mafcard. de probat. conclus. 1107. à n. 20. & 21. qui autumant in facto longinquuo ut est origo Eduardi prout ex actis constat notorium probari per famam publicam; cum ergo Reæ adsint novem testes locis citatis, quæ deponunt de dicta origine maculata per famam publicam, & decem testes Comes Sanctæ Crucis de notorietate; deinde accedat authoritas Avi Actoris Jacobi viri magna virtute, & ornamento prædicti iustitia, et valore pleni et patrici magni Archiepiscopi Sancti Ulyssiponensis qui negotio interfueret, et ultra modus dicendi testium, et alibi dum illo concludunt quod si domui, Regni, quibus Domus de Basto solebat matrimoniis associari interrogatur an velint nunc Actori associari, negarivè respundebunt, eo magis quando jam nunc ut dixi pactiones,

et letigia rem hanc in dies sædarunt. Et neque tunc obstant fundamen-
ta notorietatem innocentia pro quo-
rum virtute supponendum est tres
esse species magis principales noto-
rij, aliud namque est notorium fa-
cti continui, seu permanentis, aliud
facti transeuntis seu momentanij,
aliud denique notorium juris in-
ter quas species illud est discriminem
quoad propositum in jure, quod
notorium facti continui nulla pro-
batione indiget, neque ulla tergi-
versatione celeri potest juxta cap.
tua nos ibi nec testis de cohabitatione
clericorum cap. 3. in principio de tes-
tibus cogendis ubi glosa 2. neque per
negationem partis dubium fit facit cap.
bonæ 23. versic. licet. autem juncta
glosa verbo recipit in fine declamatione
glosa 2. in cap. nostra 21. jure juran-
do glosa verbo alios casus in clemen-
tina appellanti de appellat. Notorium
vero facti momentanij seu transeun-
tis ac juris probatione indigent, &
pro negatione partis etiam colora-
tam fiunt dobia, quomodo proce-
dunt, et intelligenda sunt jura ci-
tata, et opiniones Doctorum ad
consiliationem sunt reducenda Maf-
card. conclus. 1106. Farinat. tom. 1.
quæst. 21. à n. 18. & fere per totum
Bellacomba tom. 1. Communium lib.
4. tit. 9. n. 265. Surd. decis. 259. n.
14. & 326. n. 28. Mend. à Castr. &
ab illo citati in practica Lusitana p.
1. lib. 3. cap. 3. n. 33. Lemleffi de
iustitia lib. 2. cap. 11. n. 13. Men-
chaqua illustrium cap. 2. n. 11. Me-
noch. arbitrariis casu 166. n. 4. Em-
manuel Rodrigues tom. 2. regulorum
quæst. 6. articul. 4. Sparelo decis. 48.
n. 45. Clarus in praxi §. final quæst.
9. n. 5. Josephus decis. 67. n. 16. &
22. 2. p. quibus sic dictis jam appa-
ret solutio ad primum, secundum,
tertium, et quartum argumentum, ut
scilicet tria priora procedunt in no-
torio

torio juris quod fit judici ex actis ut
judici ut per instrumenta confessio-
nes, et alia acta, et tale notorium tunc
vero noscitur quando in eisdem actis
non datur partium negatio, si vero
instrumenta, cōfessiones, aut alia, quæ
pariunt juris in actis insufficientur, et
opugnantur saltem coloratè, tunc
non resultat ex actis notorium, cum
ergo Actor non solum abneget, sed
deinde aliis documentis, et proba-
tionibus vincat, et superet illa, quæ
in actis poterant notorium dedecus
et detrimentum procreare judici be-
ne non potest dici, notorium juris
oriri clare juxta quæ patres priores
quinque dixerent, sed ad multum du-
bium ut ipse autumo, quod non
sufficit. Neque novem testes, quæ
de fama publica dixerent notorium
probant, et minus decima testis,
quæ notorium dicit quia et si noto-
rium possit probari per duos tes-
tes, neque est necessarium quod
omnes testifcent, qui alias requi-
runtur ad notorium efficiendum ar-
gumento text. in cap. cum literis 23.
in principio de testibus, & L. 2. jun-
cta glosa verbo doceri Cod. bonorum
possessione secundum tabulas obseruat.
eleganter glosa penult. versic. sed po-
ne in cap. Deus omnipotens 2. quæst.
1. ubi Doctores sollicitus in lege cum
quidem secundum unam literam n. 88.
Cod. acusat. Butreo de notorio arti-
cul. 4. n. 63. Copia eodem tractatu
membro 6. n. 7. Gomes 3. tom. cap.
1. n. 44. in principio cum multis aliis
de quibus Farinat. quæst. 21. n. 109.
Mascard. conclus. 111. n. 2. Bermon.
Corve de pub. concubinis versic. noto-
rium n. 11. attamen deponere des-
bent se accepisse à maiori parte po-
puli, oppidi, seu viciniæ quo modo
non deposituit Illustrissimus Comes
Sanctæ Crucis, novem autem testes
prout non probarunt famam secun-
dum æquiorem opinionem super ita

neque notorium, & si adminiculen-
tur multis de quibus in initio hujus
responsionis, sic non amplexa pro-
nunc opinione Dominici decis. 327.
& aliorum ibidem.

Neque secundum, & ultimum 281
argumentum potest nocere, quia
ultra quam quod detectum in eo ex
certitudinibus collectum utque à
testibus probatum bene non possit
adaptari terminis facti notorij trans-
euntis vel momentanij; dicendum
est, quod notorium facti transeun-
tis tunc dicitur quando aliquod fa-
ctum est; & non permanet, neque
continuatur, sed transit ut si homo
suit mortuus omnibus manifeste vel
pluribus Civitatis, seu populi, ac
viciniæ juxta cap. delicti 15. versic.
item depurgatione Canonica cap. cum
Lotarius ultimum ibi omnibus 2.
quæst. 1. & doctrinam Archediaconi
in cap. 1. de officio & potestate judi-
cis delegati in 6. Butreo de notorio ar-
ticul. 4. n. 3. post alios Menoch. di-
cto casu 196. Farinat. quæst. 21. n.
41. Mascard. conclus. 1106. n. 4. &
16. Et quanvis indigeat probatione
ut Doctores supra, tamen testes de-
bent deponere reddentes rationem
dicti, nempe quod vidisse, vel ac-
cipisse omnes vel plures illius po-
puli, vel viciniæ dixisse Eduardum
esse maculatum quod cum ita non
detriment certitudinum tenor, nec
testes adminiculantes notorium fa-
cti transeuntis hoc est dicti antiqui
circa maculam non probant infor-
ma juridica, ad hoc ut ex illa æsti-
matione antiqua, & sic more relul-
tet notorium ex longinquio. Stat
ergo quod non probatur notorium
ex actis, neque facti momentanij,
& transeuntis, & quod notorium
facti continui, & permanentis quod
non indiget probatione neque nega-
tione partis ofuscatur cum nulla ter-
giversatione potest celari, non da-
sus

tur, neque potest dari in nostris terminis si modos quibus inducitur præcurrerim : Sic que potest dici quod cum Eduardus non fuisset masculatus, ideo ei, suis que descenditibus obvenire tot, tantæ que dignitates ut singulatim referuntur ab advocate Actoris qua de causa non repeto.

- 282** Tertium fundamentum, quod magis preponderat, pendet ex transactione, quæ utpote facta cum omnibus solemnitatibus, & requisitis ad ungem tanquam quod libet aliud pactum debet observari, cum nihil magis sit congruum humanæ fidei quam id quod inter homines placuerit observetur juxta L. 1. de pactis junctis quæ Mendonça de pactis 1. cap. 3. Egra eodem tractatu 1. p. rub. n. 26. Rigerius de metodo juris specialis cap. 15. Vaconius declaratione 23. Guilhelmus plures referens de usu capionibus p. 1. cap. 1. n. 2. & 23. grave enim est fidem fallere autem jure consult. in L. 1. constituta pecunia cap. nulli 25. quest. 1. Bobadilb. 3. cap. 13. n. 7. Tuscus lit. F. conclus. 336. n. 5. Albertus Boloenctus de jure, & æquitate cap. 18. n. 15. interest enim Reipublicæ, ut transactio sustineatur ut lites resequentur cum inde magna oriatur utilitas eadem causa lex illi amplissimas tribuit vires, jubet que ut semper peius validitate præsumatur, & quod judices semper sint promistiores ad judicandum pro transactione Multa denique in iure inducta reperiuntur in favorem transactionis æquiparatur juramento ac rei judicatae, nunquam que debet esse innanis, & vacua ut omnia notat glossa verbo potius in L. Lutius §. final ad Trebelianum & L. 34. tit. 14. porta 15. junctis quæ Abb. consil. 64. lib. 1. n. 3. Aimon. consil. 161. n. 33. & consil. 157. n. 1. Mend.

2. p. lib. 3. cap. 4. §. 2. n. 4. & 9. Decius consil. 47. n. 9. & 564. n. 15. Butrius in cap. cum causam à n. 2. de emptione, & venditione Ale- xand. lib. 2. consil. 222. n. 2. & lib. 6. consil. 157. n. 1. Larrea decis. Granatensi 68. à n. 9. & 22. Cavale- nius decis. 644. n. 4. & 550. n. 3. Valencuel. consil. 177. n. 33.

Præcipue quando transactio de 284 qua agitur proponitur sententia confirmata, quæ & si alij contractus per sentiam confirmati juxta terminos Ord. lib. 1. tit. 78. §. 122. transeant in rem judicatam, & si non habeant executionem paratam ut advertit Pi- nel. L. 2. Cod. descend. cap. 2. n. 23. p. 2. Cognolus ibi à n. 16. latius præ- ceptor Cunha ad titulum de re judica- ta n. mihi 222. attamen transactio talis, transit in rem judicatam, ac si super lite, & recessu illius lata es- set vera sententia L. si quis & ibi Bart. Cod. decurionibus lib. 10. Gre- gorius Lopes per text. ibi in lege 9. tit. 1. porta 3. gloss. 1. Mend. 2. p. lib. 3. cap. 4. n. 5. dicens habere vim sententiæ, quæ transivit in rem ju- dicatam Paulus Stabinus resolutione 19. num. 7. Paulus Durandus decis. 216. n. 6. & 221. n. 7. & 15. Va- lensuel. consil. 77. n. 6. & latius 2. p. consil. 175. n. 40. Granatensi. decis. 68. n. 6. & cum res judicata non pos- sit retractari, neque fulciri causa per illam determinata L. 1. errore cal- culi L. non minor Cod. transact. rela- ti à Gratiano cap. 400. n. 2. multos Larreia disput. 39. n. 3. multos ju- ris axioma verbo res judicata ita e- tiam transactio sententiæ confirmatae de qua in præsentiarum.

Juvat deinde quod fuit corrobo- 285 rata juramento ut ex ea inspicitur per se stante, & præstito documento circa confirmationem contractus e- tiam à minori facti percludit adi- tum illi ne contravenire possit sub pena

pena præjuris Sanches de matrimonio lib. 1. disput. 32. n. 6. & lib. 6. disput. 30. n. 13. & in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 3. cap. 12. Caldas in L. si curatorem verbo minoribus n. 2. cum sequentibus, & verbo læsis n. 8. Simoncelus de decretis lib. 3. tit. 8. inspectione 18. n. 133. cum sequentibus Barbos. 5. p. L. 1. n. 44. & 46. Donelus jure civili lib. 21. cap. 13. ubi Usualdus Josephus Ludovicus de minoribus conclus. 1. Menchaca controvertiarum cap. 9. n. 27. Parladorus 2. quotidianarum cap. 40. infinitos Boldaxora ad antiqua sacramenta puberum, neque dispensatio hoc in casu remoto, dolo, metu, ac fraude est severa ex Diana tract. 9. resolut. 26. p. 7. Et decreto judicis orphorum quod tantum tribuit autoritatem instrumento contractus in quo interponitur, quod omnibus in illo narratis standum sit Bart. Alexander, & alij relati à Bero o consil. 87. n. 12. Tuscus lit. D. conclus. 126. Simoncelus de decretis lib. 2. tit. 6. n. 78. Bald. consil. 447. Imola consil. 88. n. 8. & sequenti per totum conduit quod Caldas in L. si curatorem verbo læsis n. 99.

286. Et quod magis est appetet prædicta transactio confirmata per Principem clausulis exuberantibus, ex certa scientia, motu proprio ex plenitudine potestatis & aliis, & quando Princeps supremus actum validum confirmat illis oppositis clausulis, ut in præsentiarum, transactionem tantum ab illo potest revocari, & non ab alio (quod hic desuit cum diploma de quo iij tantum potestatem agendi, & non dispensationem clausularum præbeat) quod probatur eleganti syllegismo, nam quando Princeps per se vel ad partis petitio- nem confirmat actum validum vel nullum appositis prædictis clausulis ut suum proprium de novo face-
- Pars III.

re videtur (cum omnia facimus quibus autoritatem importemur L. 1. versic. non enim Cod. veteri jure enucleando cap. apostolicæ de prebendis juncta glossa ultima Molin. 1. cap. 3. n. 8. Soares de legibus lib. 6. cap. 16. n. 17. & lib. 8. cap. 18. n. 10. Gomes L. 40. tauri n. 89.) cap. 1. & inc. p. veniens 9. de transact. cap. penultim. de confirmatione utili cap. cum contingat 9. in illis verbis ibi concessit per rescriptum restitutione spoliaturum L. adoptio 38. cum L. sequenti de adoptionibus multos Anguanus de legibus controvertia 6. n. 7. Menoch. lib. 2. de arbitriis casu 21. n. 79. plures additionator ad Molin. lib. 4. cap. 9. n. 11. Sanches lib. 8. de matrimonio disput. 1. n. 6. Butreo collectaneo 400. & collectaneo 950. Decius in rub. de confirmatione utili vel inutili n. 5. Mandosius ad regulam 22. Chancellariæ quest. 10. n. 3. ergo ab illo Princepe tantum, & non ab inferiore debet retractari iuxta cap. cum inferior maioritate, & obedientia clementine romani in principio electione cap. cum inferior 21. distinctione ubi plures Primæ Archiepiscopus alios Sicorius de legibus dicto cap. 26. n. 4. & 6. & hoc ex L. nihil tam naturale reg. juris, & cap. 1. regulis juris in antiquis ubi multos Barbos. ibi in suo collectaneo, Unde 288 provenit quod transactio per Princepem confirmata ab omnibus debet observari præcipue si fiat ratione litis inter illustres personas facit cap. ad audientiam 2. cum gloss. de ecclesiis ædificandis, junctis que Pinel. in L. 1. Cod. bonis maternis p. 2. n. 70. versic. sed hoc de transactione Molin. lib. 4. cap. 9. n. 20. ubi ejus additionator Mieres 4. p. quest. 2. n. 5. & n. 12. Peregr. fideicon missis articul. 52. n. 89. Mend. 2. p. lib. 3. cap. 4. n. 8. omnino videndus est Fusarius quest. 562. n. 11. Parisius consil. 16. n. 35. lib.

lib. 1. Decius consil. 341. n. 12. ad finem.

289 Neque tunc obstant objectiones, quas Actoris patronus doctus longo calamo exaravit cogitans omnino illam labefactare, & non secundum deductum ex doctrina Molinæ lib. 1. cap. 6. n. 45. & 3. cap. 2. n. 21. deducens ex eo, ejusque doctrina quod possessor maiestatus non potest prevertere modos succedendi majoratui sive datos à lege, sive ab institutore, quia respondetur quod ex eodem Molin. & ejus aditionatore contrarium colligitur in terminis de quibus agimus, nam licite potest primogenitus vel qui ejus locum obtinet facere renuntiationem majoratus in favorem secundi geniti, & sequentis propriam que primogenitum remittere quanvis fecus in alios remotiores ut ipse Molin. vult. & Meres 3. p. de maioratu quæst. 18. per totam in nova editione Fusarius de substitutionibus quæst. 524 n. 1. cesse decis. 286. per totam Menoch. consil. 211. ex n. 15. volumine 3. Gutterres lib. 33. quæst. 71. Mena ad Gamam decis. 92. Phæb. decis. 2. ex n. 21. Latius Mend. 2. p. lib. 3. cap. 4. §. 2, fere per totum ubi tantum illam dicunt invalidam in prejudicium sequentium non renunciantium cum ergo Actor & si minor in præsentiarum expresse consensisset ob causas justissimas deductas in transactione, & deinde ejus consensus fuisset authorisatus per tutricem, & orphanorum judicem suo interposito decreto cum causæ cognitione & quod magis est à Princepe confirmatas non est dubium sibi prejudicasse de quo tantum controvèrtitur, & non de ejus successoribus, qui cum non sint in rerum natura non debent venire in considerationem.

291 Neque secundum quia verum est

quod quo ad hoc ut transactio tenet sibi que secure locum vendicet necessarium est, ut fiat super dubia re, & lite incerta neque finita vel saltem detur probabilis timor litis futuræ, quia timor litis probabilis idem operatur quod ipsa lis si de præsenti esset, est enim in potentia propinqua, & habetur, ac si jam esset ut probant L. 1. et 2. Cod. transact. n. 6. Molin. primogen. lib. 4. cap. 9. n. 6. Mantic. de tacitis, et ambiguis lib. 26. tit. 1. à n. 11. cum sequentibus latissime Valensuel. 2. tom. consil. 75. n. 2. et 5. Granatens. decis. 68. n. 14. et 19. et 22. Boldaxora in suo pratic. ad secundum lib. Cod. super L. 1. et 2. Cod. transact. Mendoça cap. 7. de patetis Gratian. cap. 86 1. bene Farinat. in tomo fragmentorum circa contractus verbo transactio à n. 1. cum multis sequentibus Nigrus controvertia 3. n. 2. & 128. n. 12. & 182. n. 8. & 182. n. 81. p. 1. dummodo aliquid sit datum, & acceptum ut supra citati observant sed est fallum quod in præsentiarum non erat præsens lis prout appetit ex apendice A. & apendice B. & apendice C. Deinde non est verum non esse magum dubium inter transigentes cum contra Actorem stent ejus pater non petierat consilium, & quod ejus mater erat descendens ab Eduardo ab aliquibus neophito ut ex actis constat, & omnia contra clausulas institutionis necessario observandas ut diximus non potest namque ulti negare quod casus iste seu res dubia est & in cuius resolutione quisque literatus vacillet nesciens quam sequatur partem cum à parte rei in plures sententias trahi possit, ut videmus ex judicio quinti Domini, & meo, & ex tot, tantis que consiliis doctissimorum virorum, qui materiam hanc in favorem Reæ resolvere quod sufficit quod dubium detur Menoch. lib.

I. præsumption. 7. n. 49. & consil.
110. n. 69. Fulicius Pacues 2. p. de
probationibus cap. 45. n. 58. Gale-
nus de verbis. 3. cap. 11. n. 12. Man-
tic. 1. distractibus tit. 15. n. 9. Cas-
tilh. de conjecturis cap. 4. n. 15. Fa-
rinat. quæst. 78. n. 101. Sanches in
Decalogo 2. cap. 7. n. 12. latius in
solutione sequenti objicit, meritò er-
go stantibus his præcessit transactio.

293 Neque obstat restitutio minoris
quæ datur adversus transactionem
ut probat titulus Cod. si aduersus
transactionem ut tenet ex Pinelo
Usuald. ad Donellum lib. 21. cap. 9.
in notis litera F. Menoch. consil. 196.
n. 19. Fusarius de substitutionibus
quæst. 59. n. 4. Larreia decis. 58. n.
24. Caldad. legem si curatorem ver-
bo lœsis n. 158. infinitos alios Bal-
daxara & Barbos. ad dictum titulum,
& Actor erat minor ut patet, quia
respondeatur primò quod ut minori
competat restitutio aduersus trans-

294 actionem debet prius probare lesio-
nen facilitate ætatis vel dolo adver-
sarij intervenisse juxta L. verum §.
sciendum, & L. quod si minor §. non
semper ubi redditur ratio L. non omnia
ff. minoribus L. nam postea §. si mi-
nor jure jurando L. minoribus 5. Cod.
in integrum restitutione cap. 1. cap.
auditis eodem titulo advertit Ponches
lib. 21. cap. 9. & 10. in principio Sfor-
tia quæst. 4. articul. 1. cum seqq. Mer-
la in emporio tit. 5. in præludiis n. 7.
Caldas verbo sua facilitate, & verbo
adversari dolo ex n. 1. Decius consil.
574. n. 18. facta æstimatione recep-
ti & dubij eventus litis, & in super
molesta, et litis sumptus ut in ter-
minis tradunt Caldas verbo lœsis n.
153. cum sequenti Pinel. in L. 2. Cod.
rescind. 1. p. cap. 4. n. 16. late Sfor-
tia de restitutione quæst. 66. ex n. 2.
Secundo quod minor non restitui-
tur aduersus actum qui pariter po-
test importare commodum, & dam-

Pars III.

nim, & si damnum incidat, & lœ-
sio contingat ut pote magis fato
& fortunæ, quam lubrico ætatis vel
dolo adversari ad scribenda, suffi-
cit quod æqualiter actus à minore
gestus possit se habere ad lucrum,
vel damnum ut excludatur restitu-
tio juxta glosam ultimam in lege mi-
noribus 6. de minoribus L. fidei co-
missio 11. verific. neque eadem Cod.
transact. ad scribunt. Bald. in L. cum
Archimedor. n. 3. ut in possessionem le-
gatorum Suares in lege quoniam in
prioribus ampliatione 6. n. 6. Cum
ergo Actor esset in dubio circi suc-
cessionem maioratus, ut in respon-
sione ad secundum argumentum
consideravimus, quomodo lœsus di-
ci debet cum lœsio non dicatur
quando casu potest contingere lu-
crum, & damnum ut ultra citati
advertunt Surd. de alimentis tit. 9.
quæst. 11. n. 7. & decis. 278. n. 29.
Costa de facti scientia, & ignorantia
inspeclione 45. n. 2. Fontanela de pa-
ctis nuptialibus clausula 4. glos. 8. 2.
p. n. 103. Donelus in dicta lege de fi-
dei comisso n. 7. Gaspar ad Fabrium
lib. 2. tract. 25. quæst. 1. & 2. du-
bius enim litis eventus facit ne dam-
num consideretur argumento text.
in L. si pater piclæ Cod. in officioso
testamento, & in L. si ea L. Cod.
usuris Boerio decis. 147. n. 7. Tira-
quel. in L. si unquam verbo donatio-
ne à n. 100. neque considerationem
lœsionis admittit quasi nihil certum 295
res incerta inducere possit: ergo non
data nec probata lœsione per Actor-
em modo is non juvabit auxilio
ætatis quod non competit defici-
ente lœsione in illis quæ ex fortuna
dependent L. & si sine §. quæsum de
minoribus, fecit namque Actor ac-
tum, qui se habet ad lucrum, &
damnum, ut quilibet pater fami-
lias facere poterat.

Neque quartum dicens in trans- 297
actione,

Y 2

aetione, de qua agitur intervenisse laesio[n]em enormissimam, siquidem maioratus, & aliorum bonorum ad domum de Basto pertinentium redditus decem millia cruciatorum exequabant, quorum ipse Actor tantum duo millia, et quingenta habet virtute predicti contractus transactio[n]is, & sic triplum minus quam predicto domo habere debebat (hoc est tres partes minus) si consideremus terminos laesio[n]is enormissimae ut per *Castilb.* de *tertiis* cap. 16. n. 83. *Caldas* verbo *laesio[n]* n. 8. *Larrea* decis. 68. n. 8. *Giurba* decis. 110. *Bilota* consult. 1. n. 77. *Mendes* 2. p. lib. 4 cap. 8. n. 95. *Cabedo* p. 1. decis. 70. *Gant* decis. 91. & ab eo citati, quia supposita. *Ordinat.* nova lib. 4. tit. 13. §. 6. ibi *transauçens*, & in ejus defectum (prout olim quo tempore *Ordinat.* antiqua lib. 4. tit. 13. §. 2. tantum loquebatur per verbum illud generale, *avenças*) opinione *Bartol.* communiter recepta ex *Mouses* in *L.* 2. *Cod.* rescindenda n. 23. in principio non est deneganda transactione laesio ultra dimidium neque enormissima ex illis quos offert *Larrea* dicta decis. 68. n. 1. *Merend.* 1. p. lib. 6. cap. 21. per totum reliquos *Valencuel.* consil. 38. non paucos *Regnicolas* *Mend.* 2. p. lib. 3. cap. 4. §. 2. n. 3. & lib. 4. cap. 8. n. 78. quanvis denegente alienigenae scriptores nos tamen per viam regulæ negare non possumus & in aliis casibus, in hoc tamen maxime duabus rationibus principalibus. Prima quia hic non probantur affatim redditus domus in predicta quantitate quotannis nam ex illis testibus duodecim praestitis ad probationem redditus domus de Basto, tres deponunt de auditu, aliæ tres dicunt maioratum quantum esse sine taxatione redditum certa, quibus ad hæret testis de auditu fol. 327. testis autem

fol. 273. verso audivisse dicit redditus non excedere quatuor millia curtitorum contra producentem, testis autem fol. 326. deponit secundum suum judicium, & intellectum redditus predictos decem millia cruciatorum importare, quod absolute dicunt testes fol. 281. & 264. consanguineus sperans ex resolutione in favorem Actoris suorum laudem (& in odium) vituperium, quæ probatio in duobus claudicat. Primò quod quando agitur de recisione aliquius actus propter laesio[n]em oportet quod testes deponant de una, & eadem summa, & non de diversis, item quod non deponant de proprio judico sed de communi aestimatione *Ricius* decis. 7. à n. 3. *Valascus* consil. 43. per totam *Fontanel.* de pacis p. 5. glos. 9. clausul. 5. à n. 204. *Cov.* 2. variarun cap. 3. *Pinel.* p. 3. n. 12. & 16. & 17. infinitos omnino redendus. Secundò claudicat probatio reddituum quia est contraria probationi Reæ potiori Actoris cum suadetur instrumento juncto testi judice orphanorum, & testi Actoris contra producentem juxta *L.* in finalibus ff. finium regundor ubi *Bald.* *Bart.* & aliqui communiter *Alexander* lib. 7. consil. 57. n. 17. *Larrea* decis. 68. n. 5. in fine *Tamburin.* de jure *Abbatum* decis. 27. n. 8. & denique ita standum est testibus quam scripturæ idem *Tamburino* decis. 37. n. 9. & 76. n. 21. eo maximè cum predicta certitudo sit inventarij, quæ presumptive concludit nulla alia habuisse bona testatorem, ultra mea scripta *L.* final §. licentiam *Cod.* de jure deliberandi *Grat.* cap. 449. n. 43. & 998. n. 3. *Fontanel.* de pacis clausula 5. part. 1. n. 15. & 33. glos. 9. *Valasc.* cap. 8. n. 43. *Gant.* decis. 148. & ut talis per onus probandi contrarium in adversarium, quod Actor non fecit ut dictum

Etum est illo adito quod testis sol.
281. deponit sine ratione (ultra defectum jam asignatum) & sic *Hora-*
tio noviter consil. 29. n. 15. *Mas-*
card. conclus. 315. *Larreia* allegat.
42. n. 23. *Mendes* 2. p. lib. 3. cap.
15. n. 7. & cap. 12. n. 35. præsumi-
tur namque multum pro judice, &
tabelione. Juvat solutionem quod
testes & si probent quod negatur,
locuntur de omni reditu tam bono-
rum patrimonialium, & sic majora-
tus, quam bonorum regiae Coronæ
de quibus in alio procellu, & pos-
sunt multa accidere ne pertineant
ad Actorem, & si ad illum bona ma-
ioratus pertineant.

298 Secunda ratio obquam denega-
mus in transactione probari interve-
nisse læsionem enormissimam ea est
quia debebat Actor probare læsio-
nem factam excedētem enormem, non
modice, sed tanto plus minus, quam
quod exigitur ad enormem & ita in
duplo, vel triplo debebat docere
fuisse deceptum secundum leges vel
arbitrio judicis, & hoc tacta æsti-
matione non totius causæ, sed du-
bij eventus litis consideratis impen-
sis, laboribus, ac molestiis, argu-
mento text. in *L.* si jactum retis de
actionibus empti, & in *L.* propter
spem 24. ad finem familie erciscundæ
L. final acti empti *L.* nam hoc modo
hæreditate vel actione vendita *L.* in
quantitate 73. § magna ff. ad *L.* fal-
cidiam quod est ex mente Bartol. com-
muniter recepti in *L.* Lutius §. final.
n. 2. & 3. ff. ad Trebelianum, & in
L. quis cum aliter de verborum obli-
gat. Gama decis. 110. Guterr. practi-
car. lib. 2. quest. 141. n. 2. Men-
chaqua controvertiarum lib. 3. cap.
61. n. 9. Mecingerius centuria 6. ob-
servat. 9. Gail observat. 7. lib. 2. Ri-
elius 4. p. collectaneo 1447. Faber.
de eodem terrore 10. Petra de fidei
commissis quest. 8. Morla in emporio

tit. de transactione quest. 2. n. 7. &
8. Usualius qui innumeros congerit
ad Donelum lib. 21. cap. 13. qui om-
nes advertunt quod si æstimetur va-
lor rei tantum ut in præsentiarum,
& non illa recitata, non habet lo-
cum læsio enormissima adentes mo-
dum, quo experti advocati debent
articulare.

Neque tunc replicari potest, 299
quod vix fieri possit, imo erit pro-
sus impossibile quod dubius litis
eventus æstimetur sic juste, ut in-
de læsio ejus rei clare, & manifeste
qualis est necessaria ad obtainendum
in dicto remedio elicitur, & po-
tens fiat, item & impossibile est
quod probatio æstimationis præd-
ictæ reperiatur, quia nemo inveni-
tur qui lites velit emere ut advertit
Jazon. in dicta lege quis cum aliter
Molin. de primogen. lib. 4. cap. 9. n.
36. *Gail* lib. 2. observat. 70. n. 13.
Antonius Faber in suo Codice lib. 2.
tit. 4. de transact. definitione 10. in
glosa n. 3. ubi adit juris rationem
non pati, ut ex incerto eventu cer-
ta colligatur læsio cum in jure ni-
hil certius est quam certum non
posset esse litis eventum, sed incer-
tum & valde dubium *L.* quod debi-
tor 52. de peculio, fortunam vocat ju-
diciarum ventum *Quintalianus* decla-
ratione 313. 371. 373. litis namque
exitum casum fortuitum dixerunt ju-
re consulti in *L.* si servus 13. statum
hominum, ibi fortunæ judico *L.* 6.
§. super Cod. appellat. ibi fortuna cu-
jusque sua præfertur quod magis
probabunt illi (dicit Faber) qu no-
taverint tam varia ingenia hominum 301
quibus nihil magis inatum, quam
discendi facilitas *L.* item si unus
19. §. si principaliter ff. de arbitris.
Quia respondetur id nihil obstat
cum certum sit dubium eventum æsti-
mari posse ut probat dict. *L.* prop-
ter spem optimè *Cognitus* in *L.* 2.
Coda

Cod. rescindenda n. 20. & 174. tum etiam optimo exemplo aestimationis plurium rerum incertarum de quibus praedicta iura loquuntur veluti servi, qui apud hostes est & spem, quam quis habet circa rem aliquam *Tiraquelus de jure mariti post leges conubiales glossa* 2. quæst. 1. ex n. 38. *Pinel in L.* 2. *Cod. de rescindenda* n. 16. *Fontanel. de paetis nuptialibus glossa* 9. *clausula* 4. p. 5. n. 204. Neque probatio quanvis difficilis sit impossibilis reputatur, nam in his judex debet adhibere aliquos bonos viros ex doctrina *Bartol.* in L. 2. ad finem *Cod. rescindenda*, qui aestimationem faciunt argumento text. in L. 1. ff. de veritate inspicio, unde cum oculis cerni non possit quantum iste dubius litis eventus voleat, sed per intellectum percipiatur probatio habet per peritos morte prout in judicando, & consulendo dixerunt aliqui vel per testes in forma de qua hic, et in solutione tertij argumenti.

302 Ultimo non obstat quod transactione rescindi debet ex metu reverentiali ut considerat advocatus Actoris suis in rationibus juris, quod eduxit in facto ex documentis, & ex aliis adhibitis in dictis rationibus num. 4. & in jure ex L. 1. §. quæ honorandæ ff. quarum rerum actio L. qui in aliena 6. §. celsus ff. acquirenda hereditate L. si quis maior 41. *Cod. transact.* cap. cum vero 12. de regularibus L. final. §. 1. & 2. juncta doctrina *Bartol.* ibidem quod metus causa glossa ubi metu communiter recepta ibidem, quæ jura loquuntur in metu reverentiali, & paternali, habent locum in omnibus contractibus, & etiam in transactione de qua agit L. interpositus *Cod. transactionibus junctis*, quæ citati à *Gomes* 2. tom. cap. 14. n. 27. *Aretinus consil.* 34. *Suares alle-* gat. 24. post alios *Menoch. consil.* 528.

& casu 136. n. 6. & lib. 3. præsumpt. 127. *Padilha in dicta lege interpositas* n. 26. *Cod. transact.* *Cabreiros de tactis lib. 2. cap. 18.* à n. 49. usque ad 51. *multos congerens* alios *The mud. decis.* 80. n. 18. quia respondetur metum reverentialem per se solum 303 nisi insimul interveniant verberatio, vel minæ, aut præces importunæ, aut læsio, seu alia similia, quæ arbitrio judicis relinquuntur non annullare contractus, & ita transactionem de qua hic juxta doct inam *Bartoli communiter recepti in dicto* §. quod onorandæ n. 4. *Guterres in antiqua sacramenta puberum* n. 93. *Cod. si adversus venditionem, & de juremento cap. 1. n. 15.* *Molin. lib. 2. cap. 3.* ubi aditionator n. 7. *Bursatus consilio* 72. n. 39. *Gam. decis.* 210. in fine & 262. n. 1. relati à *Covas de sponsalibus* 2. p. cap. 3. §. 6. sic que in praxi servari testantur *Angelus* in §. quadrupli n. 80. inst. act. *Sanches* 4. de matrimonio dispeccation. 6. n. 16. *Fachineus* 2. cap. 97. *Farinat.* 2. tomo decision. 112. & 242. *Barbosa* L. 2. §. final. soluto matrimonio *Mashard. conclusione* 1054. inducendo text. in L. quoties §. qui dolo de probat. relati à *Cabreiros de metu lib. 2. cap. 11. n. 64.* *Mendes* 2. p. lib. 4. cap. 9. n. 3. & p. 1. lib. 3. cap. 22. n. 6. Cum ergo in præsentiarum metus non probetur vere ab avo incursus, neque minæ aut præces importunæ dentur quibus praedictus metus præsumitur, & desit læsio ut jam diximus merito dicendum est quod in transactione neque metus, neque præsumptiones probantur intervenisse, & si aliqui testes rigurosum, terribilem, & superciliosum seu severum dicant Avum Actoris Jacobum transingentem, neque importunæ præces aut rigor probantur ordinatae ad casum transactionis si cunctæ probationes rimentur, & si probentur

bentur, quod abnego, illam elligo opinionem, quæ denegat recisionem contractus propter importunas præces solum ut elligit Cabreiros supra. Stat ergo quod transactio valet, & tenet.

304 Quartum fundamentum, hoc respicit falsitates tam cartæ serenissimi Ducis Theodosii in apenso B. fol. 85. et aliorum ibidem quam etiam dicti seu testimonij Coronistæ majoris fol. 301. vers. et cum falsitas in cartis et si detur ut Rea contendit tenaciter, utpote commissa extra judicium non ponat causæ amissionem, sed tantum alias penas de illis tractare non de servit resolutioni causæ: tantum enim de falsitate testimonij prodest dicere, et non est dubium in facto ob literatum fuisse, et in loco verborum, vulgarmente, opposita fuisse alia scripta, erradamente, ut constat ex inspectione Actorum fol. 301. et ex examine fol. 81. in ap. et ex certitudine fol. 124. & ex testibus 41. in fine, et 49. et 55. et ex ipsius Coronistæ testimonio ab Actorе producто in jure quia quando in actis unum inscriptum deletur vel non scriptum, sed positum detrahitur, et aliud inscribitur, vel adiutur falsitas comittitur bene adinator ad clarum, et falsum num. 20. Marcus quæst. 743. Anchardus consil. 173. & Abb. ab eodem aditionatore relatus tota ergo remanet controvertia, à qua ex partibus falsitatem prædictam fuisse commissam, testimoniumque vitiatum, et magis placet ab actorе fuisse commissum dicere ex illo juris principio quod falsitas ab illo præsumitur commissa in actis vel alibi in cuius comodum cedit, et veritas nocebat Surd. consil. 512. n. 5. & 6. Gratian. decis. 56. n. 7. in fine Larreia allegation. 28. n. 11. Mendes 2. p. lib. 3. cap. 19. Granat. decis. 56. num. 7. in fine

Mascard. conclus. 831. n. 12. Farnat. de falsitate quæst. 153. n. 200. & p. 1. decis. 22. Nocebat enim Actori veritas verborum ibi, vulgarmente siquidem juvabat famam publicam maculæ, et concludebat ad notorium detrimentum, et dedecus, ut ex dictis apparet tam propter ejusdem testis authoritatem, quam ex eo quod à testabatur contra prudcentem, et sic dato hoc considerabili commodo non est negandum præsumptionem esse in promptu contra Actorem, præcipue cum contrarium non docuisset modo à jure inscripto, ut tenebatur, non purgata ergo præsumptione juris verum est dicere Actorem obliterasse acta, et tanquam talis causam ammisisse Phæbo 2. p. arresto 16. & 23. Mendes dicens judicatum p. 1. lib. 3. cap. 19. n. 37. & 2. p. lib. 3. cap. 19. n. 29. ubi plutes quibus ad doctrinas Bartol. communiter receptum in lege in fraudem §. quoties jure fisci ut per Clarum n. 32. ubi aditionatores Covas incap. quanvis pactum 1. p. §. 7. n. 6. versic. pænevo, facta sic differentia inter eum casum quo quis falsitatem committit in actis, et inter illum quo illam committat extra judicialiter producendo testes vel instrumenta, ut primo casu amittat comitens causam si falsitas consistat in substanciali parte, et deinde incurrit poenas alias ut in Ord. 5. tit. 53. §. 2. in 2. tantum sine ammissione causæ poenas incurrit. Stat ergo quod Actor amisit causam ob falsitatem in testimonio commissam ab ipso præsumptive, quod si solum daretur in processu contra Actorem fortasse non dicere confugiens ad æquitatem.

Ad calcem magnæ resolutionis **305** duæ adhuc restant determinandæ quæstiones. Prima, an institutores Dominus Jacobus, et Domina Leonora

nora, atque Dominus Ferdinandus Senior potuissent suo maioratu annectare alia Dominae Beaticis, Margaridae, et Mariæ ita ut per eisdem conditiones regerentur, in qua negativa placet pars ex L. cum pater 79. §. titio fratri suo legat. 2. L. cum familiis 36. ibi alienum jus ff. militari testamento Molin. 1. cap. 8. n. 35. Pater Molin. disput. 617. Pinel. de bonis 3. p. n. 99. n. 8. Flores ad Gam. licet in contraria partem magis inclinet decis. 263. Menoch. consil. 319. & hoc ex ratione legis perfata donatio Cod. donat. 9. submodo ibi conditiones non capit. Neque declaratio instituentium sufficit ad probandum consensum Dominae Beaticis, Margaridae, et Mariæ si quidem in dicta declaratione se referunt ad documenta de quibus non constat, et referentia non sunt credenda si non apparent relata Authentica Cod. edendo vulgaris L. à se toto heredibus inst. in specie Surd. consil. 5. n. 57. Marcus Antonius variar. resolut. lib. 1. resolut. 38. n. 5. & 64. n. 2. & lib. 2. resolut. 8. n. 12. Gratianus tom. 4. cap. ibi 93. n. 2. & 5. Medicis regula 10. n. 3. quam obrem ad Actorem pertinere anectata bona non dubito non facta compensatione cum recepto, cum super his transactio ut supra reclara, dum documenta non ostenduntur non poterat sortire effectum.

306 Secunda tangit reconventionem circa quam placent ab advocate Actoris dicta, junta licentia ad agendum Actori concessa, quæ etsi dum tamen servat in damnum Actorum, argumento eorum quæ Phæb. 2. p. decis. 129. n. 2. Reinos. obser. v. 45. n. 1. Mendes 1. p. lib. 3. cap. 22. n. 30. Cabed. decis. 37. idem Mend. 2. p. lib. 3. cap. 22. n. 55. qui aprprobant dispensationem Principis circa clausulam impeditivam agendi viam, co maximé quando Actor de lassione

minoris arguit, inspetis illis, quæ Reinos. obser. v. 45. n. 5. Egidius in L. ex hoc jure cap. 13. clausula 1. fol. 361. Mendes p. 1. lib. 3. cap. 22. n. 47. & p. 2. lib. 3. cap. 22. n. 58. et in terminis quod minores beneficio restitutionis evadant pœnam conventionalem in qua incident agendo, vel alienando scribunt Doctores in L. 3. §. si hæres institutus de minoribus gloss. in L. pupillorum verbo rei amissæ Cod. repudianda hæreditate, & in L. fulla Cod. quibus ut indignis ubi Bartol. & alij Baldus in dicta lege pupillorum Cephalhus consil. 356. lib. 3. n. 15. usque ad finem Aymon consil. 139. à n. 2. Menoch. consil. 428. à n. 18. Surd. consil. 284. & de alimentis tit. 9. quæst. 45. ubi in utraque partem bene disputat hanc quæstionem Peregrinus fideicommissis articul. 11. n. 132. Sfortia adus de restitutione quæst. 82. articul. 6. per totum Meres de maioratu p. 2. quæst. 4. illatione 8. n. 166. Asevedo lib. 5. tit. 4. L. 4. n. 3. novissimè Fusarius de subst. quæst. 447. num. 4. & quæst. 585. per totam Caldas ad legem sic curatorem verbo adversari dolo à n. 78. juvat quod agit minor Actor remedio lassionis enormissimæ ex his quæ Pereira decis. 34. n. 4. Reinos. obser. v. 45. n. 32. Mendes p. 1. lib. 3. cap. 22. n. 44. et 2. p. cap. 22. lib. 3. §. 4. n. 38. in quibus terminis licet non obtineat non tamen castigatur, ac punitur in cominatione pœnæ. Hæc per libavi in favorem Reæ utinam potuisse in commodum Actoris, non enim in voluntate judicium est causarum decisio, sed in arbitrio, & juris dispositione sic Rea absoluta probatis fundaments tribus respectu maioratus Domini Jacobi, et Leonoræ, non vero Dominae Beaticis Margaritæ, et Mariæ, quarum bona ad Actorem pertinent, Ream que ad eorum restitutionem condemnno in favorem Actoris, illo etiam absoluto à reconventione